




CHARGE
CANCELLED



امثال

علىّ بن ابى طالب

كرّم اللّه وجهه ۞

بِسْمِ ¹⁾ ٱللّٰهِ ²⁾ ٱلرَّحْمٰنِ ³⁾ ٱلرَّحِيمِ ⁴⁾

Annotatio arabica.

1) بِسْمِ per contractionem scribitur pro بِٱسْمِ Tychs. grammat. p. 29. n. 1., Ewald. gr. crit. ling. arab. I. p. 76., de Sacy gram. arab. I. p. 70. solum in hac formula propter frequentissimum eius ex antiquo tempore usum et tenuem Elifi, nomini إِسْمٌ praefixi, pronunciationem. Tychs. l. c. p. 28. n. 4., Ewald. l. c. p. 2. de Sacy gr. I. p. 66. — Hariri (Antholog. gram. arab. a de Sacyo p. ٩٥) de hac formula monet: الالف انما حذفت منه اذا كتب فى فواتح السور واوآئل الكتب لكثرة استعماله فى كل ما يُبْدَأُ به ويُشرع فيه وتقدير الكلام فى البسملة المصدّرة ابدأ باسم الله او افتتح باسم الله „Elif modo omittendum est ab initio Surarum et librorum propter frequentem eius usum, si quid instituitur et tractari incipitur. Per ellipsin autem haec formula initialis significat: incipio nomine Dei vel auspicor nomine Dei.“

2) ٱللّٰهِ genitivus est nominis ٱلْإِلٰهُ cum articulo; cessit ٱلْإِلٰهُ per usum vitae in ٱللّٰهُ.

3) Fatha perpendiculare vocabuli ٱلرَّحْمٰنِ habendum est pro Elifo prolongativo, quod sequiori tempore increbrescebat ad indicandam vocalis *â* productionem, in hoc autem notissimo dei cognomine, servata antiqua eademque simpliciori Korani scriptura, in seriem consonantium nondum recipiebatur. Tychs. gr. p. 22. I. y. 2. de Sacy gr. ar. I. p. 37. Ewald. gr. I. p. 43. Quam scribendi rationem Hariri l. c. p. ٩٩. tummodo probat, quum articulo adiectivum instructum est: انّما يحذف الالف منه عند دخول لام التعريف عليه — Definite per articulum efferenda erant adiectiva ٱلرَّحْمٰنِ et ٱلرَّحِيمِ, quia nomen substantivum ٱللّٰهُ, ad quod pertinent, et ipsum definitum erat,

گفت امير المؤمنين عليه السلام

اگر كشاده شود پوشش a) نيفزايم در يقين *

مردمان b) خفتگان اند چون c) بميرند بيدار شود *

قَالَ عَلِيٌّ عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ 5)

1 لَوْ كُشِفَ ٱلْغِطَآءُ مَا 6) ٱزْدَدْتُّ يَقِينًا 7) *

2 ٱلنَّاسُ 8) نِيَامٌ 9) فَإِذَا مَاتُوا ٱنْتَبَهُوا 10) *

Annotatio persica.

a) نيفزايم contractum est ex نه et افزايم Wilk. Institt. ad fundam. ling. persic. p. 4. n. 12. Possart. Gramm. d. pers. Spr. p. 76. 77., hoc autem derivandum ab افزودن Wilk. l. c. p. 73. — *b)* Pluralis participii خفته secundum regulam apud Wilk. l. c. p. 11. n. 33. Possart. l. c. p. 35. n. 4. — *c)* Ducendum est a مردن Wilk. p. 78. Possart. p. 80. cum ب futuri praefixo Wilk. p. 40. n. 112. Poss. p. 77. 5. c. —

---

neque adiungere licet substantivis aliqua ratione determinatis nisi definita adiectiva. Tychs. l. c. p. 211. n. 1. de Sacy gr. II. p. 259.

4) Haec est ista formula, vulgo ٱلْبَسْمَلَةُ dicta, Moslemis nullo tempore non in ore, qua quaslibet in vita communi actiones, etiam leviores, ut edendi, equitandi al. auspicari solent.

5) Formula عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ, saepe per compendium scripta عم, semper nominibus prophetarum, ut Abrahami, Mosis, excepto tamen Muhammedis nomine, adiicitur; post Ali autem nomen et Imamorum ab eius cognatione alibi usu venit رضه i. e. رَضِيَ ٱللّٰهُ عَنْهُ *gratum habeat eum Deus!* vel etiam كَرَّمَ ٱللّٰهُ وَجْهَهُ *quem Deus sospitem reddat!*

6) ٱزْدَدْتُّ pro ٱزْتَدْتُ, coniugatio octava a زَادَ, scribitur cum ت in د mutato secundum regulam apud Tychs. l. c. p. 46. 3. b., et cum Teschdid super ت finali ibid. p 55. n. 4.

7) Accusativus يَقِينًا accuratius descri-

مردمان بروزگار ایشان d) مانندهتر از ۳ اَلنَّاسُ بِزَمَانِهِمْ 11) أَشْبَهُ

ایشان بپدران ایشان * 11) مِنْهُمْ بِآبَائِهِمْ 11) *

---

d) Particip. praesent. a مانستن Wilk. p. 76. 40. n. 117. cum terminatione comparativi ibid. p. 22. 23. Poss. p. 47. —

---

bit id, in quo incrementum capiatur, Tychs. gr. p. 208. n. 3.; pertinet igitur ad id genus, quod grammatici Arabum indigenae تَبْيِين *accuratiorem definitionem* nuncupant. de Sacy gr. II. p. 79.

8) Ex vulgari usu nos quoque Elifo articuli vel ab initio sententiarum Vesla adscripsimus, de Sacy gr. I. p. 67. 68. — نَاس est pluralis irregularis ab اِنْسَان per aphaeresin Elifi initialis ex أُنَاس, quod apud poetas exstat, coortum, ut נָשִׁים ab אֲנָשִׁים. Tychs. l. c. p. 151. n. 4. Ewald. gr. I. p. 294. 295.

9) نِيَام auctore Kamuso est plural. fractus formae quintae a نَائِم, deriv. a نَام; omiserunt in censu suo et Tychs. l. c. p. 138. no. 5 et de Sacy gr. I. p. 361. hoc genus nominum, attulit Ewaldus gr. I. p. 183. — اَلنَّاسُ نِيَام efficiunt perfectam propositionem, in qua, ut fit plerumque, verbum copulativum omissum est, subiectum vero a praedicato nullo negotio distinguitur cum positione, qua solet illud huic antecedere, tum quod subiectum definitum, attributum autem indefinitum est. Vide de Sacy gr. II. p. 426. 102. Ewald. l. c. II. p. 146.

10) Pertinet haec sententia ad terrestrium rerum, scientiarum, negotiorum, in quibus nihil solidi, vanitatem et fallaciam, verum autem bonorum post mortem sperandorum pretium et aeternitatem describendam; de quibus saepius scriptores orientis egregie agunt, ut in illo poemate, Ali carminibus, a Kuypersio editis, adiecto p. 192:

Das Leben — ein Traum, der Tod —
ein Erwachen,
Zwischen ihnen der Mensch, ein wandelnd Nachtgesicht.

Alia in hanc rem vide in Rosenmüller. Institt. ad fundam. ling. arab. p. 380. s. 40., Apophthegmat. Ebraeor. ac Arab. per J. Drusium p. 85. n. 244. et Job. 8, 9. 20, 8. Ps. 73, 20., a quibus parum Pindari illud abludit: σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.

هلاکی [e] نشد مردي که [f] بشناخت ۴ ما هلکی [14] أمرؤ [15] عرف [16] الدارة او * قدرة *

---

e) De نه praefixo Wilk. p. 62. n. 132. Poss. p. 76. — *f)* ب etiam praesenti et praeterito verbi, significatione nihil mutata, praefigitur. Wilk. p. 61. n. 128. p. 37. n. 97. — *g)* Quem in finem Hamza adscribatur litterae ة, docent Wilk. p. 6. n. 21. et Poss. p. 30. n. 3. —

---

11) أَشْبَهُ cum مِنْ sequente comparativum exprimit, manetque cum genere tum numero immutatum. Tychs. gr. p. 216. n. 1. Servant sibi adiectiva comparativa huius generis, a verbis intransitivis, ut a شَبِهَ, derivata, constructionem cum eadem praepositione, quam verbum ipsum adsciscit, de Sacy. gr. II. p. 311.; qua de causa ب et antecedenti et sequenti nomini praefixum est.

12) Hic loci non duo subiecta enunciationis inter sese comparantur, sed diversae similitudinis rationes, quae in easdem personas cadant. Nihilominus post مِنْ, utpote quod praepositionis vim tuens solitarie ponere non liceret, subiectum in suffixo هُمْ repetendum fuit. Ewald. gr. II. p. 62. Explicatius dixeris مِمَّا هُمْ شَبِيهُونَ sive مِنْ تَشَبُّهِهِمْ de Sacy grammat. II. p. 311. 312.

13) آبَائِهِمْ est plur. fract. formae decimae quartae ab أَبٌ pro أَبَوٌ Tychs. l. c. p. 141. آبَاءٌ propter praepositionem praefixam in genitivo ponitur بِآبَاءٍ, quod, accedente suffixo, Tenwino privatur et Hamza commutat cum ى Tychs. p. 173. no. 5., Dhamma autem pronominis هُمْ praecedentis Kesre gratia et ipsum in Kesre abit, ibid. p. 175. n. 3.

14) اِمْرُؤٌ eorum nominum in numero est, quae Elif prostheticum, itaque Vesla signandum, assumunt. Tychs. gr. p. 28. n. 4. Ceterum haec vox id habet peculiare, quod terminationi congruenter mutat vocalem penultimam, hincque in genitivo formatur اِمْرِئٍ, in accusativo اِمْرَءًا. Ewald. gr. I. p. 296. de Sacy. gr. I. p. 398.

15) Relativa quae est verborum عَرَفَ قَدْرَهُ ad اِمْرُؤٌ ratio, quaeque a nobis in-

h) قيمت هر مردى بقدر نيكى ٥ قِيمَةُ كُلِّ ٱمْرِئٍ مَا
i) اوست * يُحْسِنُهُ 16) *

هر كه بشناخت تن خودرا بدرستي ٦ مَنْ عَرَفَ نَفْسَهُ فَقَدْ
كه بشناخت پروردگار خودرا * عَرَفَ 17) رَبَّهُ 18) *

---

h) Recepere hoc nomen Persae ex arabico sermone; qua in re ة feminini plerumque in ت mutatur. Wilk. p. 10. n. 27. Poss. p. 34. annot. 1. — *i)* De contractione hac pro او استب Wilk. p. 34. n. 90. —

---

dicatur interposito pronomine relativo *welcher*, ex usu linguae arabicae non potuit adiecto ٱلَّذِي denotari, quoniam hoc pronomen, cui inest articulus أَلْ, non nisi cum definitis nominibus coniungere licet; itaque post indefinitum nomen, relativum ad id attinens prorsus omittitur. Tychs. p. 228. extrem. Ewald. gr. II. p. 236.

16) Pronomen personale verbo additum est, ut indicetur, antecedens relativum مَا, ad quod illud revocat legentis animum (hinc عَائِدٌ *reducens* appellatur de Sacy gr. II. p. 346.), et cuius casus ipsa forma indicari non potuit, accipiendum esse in casu obiecti i. e. accusativo. — de Sacy gr. II. 359. 344. s. — Tota sententia constituit enunciationem *nominalem* اِسْمِيَّةٌ, in qua praedicatum خَبَرٌ (*enunciativus*) praecedit subiecto, مُبْتَدَأٌ (*inchoativus*). Cf. de Sacy gr. II. p. 96—98.

17) Hoc verbum quominus per tempus futurum vel praesens vertatur, quod مَنْ, propter vim suam conditionalem et tempus praeteritum in futurum convertentem de Sacy gr. I. p. 185., postulare videtur, impedit فَ, vim istam tollens ibid. p. 553. II. p. 35., et particula قَدْ, potestatem praeteriti ut temporis vere perfecti magis etiam confirmans.

18) De sensu dicti, profundiori illo, quam primo adspectu videbitur cf. apud van Waenen. l. c. no. 289: عَجِبْتُ لِمَنْ

مرد پنهان بود زیر زبان خود *	٧	اَلْمَرْءُ مَخْبُوٌّ تَحْتَ لِسَانِهِ [20] *
هر که را خوش باشد زبان او بسیار باشد برادران او *	٨	مَنْ عَذُبَ لِسَانُهُ [21] كَثُرَ اِخْوَانُهُ [22] *
بنیکوی کردن بنده شود ازاد مردرا *	٩	بِالْبِرِّ يُسْتَعْبَدُ [23] اَلْحُرُّ *

يَجْهَلُ نَفْسَهُ كَيْفَ يَعْرِفُ رَبَّهُ *miror eum, qui semet ipse ignorat, quomodo Dominum suum sit cogniturus.* Persae versio simul explicationem continet.

19) مَخْبُو per contractionem Vav quiescentis et hamzati pro مَخْبُوءٌ de Sacy gr. I. p. 107. not. 1., quod loco مَخْبُوءٌ particip. a خَبَأَ scribendum fuit Tychsen gr. §. 20, 3.

20) Sensum huius dicti tum demum recte ac penitus percipies, cum apud Arabes eundem usum formulae تَحْتَ لِسَانٍ valuisse credas, quem constanter in V. T. observatum video. Ibi enim תַּחַת לָשׁוֹן de sententiis ei, qui loquitur propriis, et ex ipsius animo prodeuntibus Ps. 10, 7. 66, 17. Cantic. 4, 11. Job. 20, 12, contra de effatis aliunde repetitis, et extrinsecus suggestis, ut de praeceptis divinis vel etiam calumniis, עַל־לָשׁוֹן dicitur. 2 Sam. 23, 2. Prov. 31, 26. Ps. 15, 3.; sin vero neutrum horum accuratius definiendum fuerit, usu venit בְּלָשׁוֹן Ps. 139, 4. Iob. 7, 30. — Sententiam, congruentem cum graeca illa: ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται, interpres quidam apud v. Waenen. p. 60 n. 66. breviter ac recte verbis: تَكَلَّمُوا تُعْرَفُوا explicuit.

21) Suffix. ـهُ eius generis est, quod appellatur عَائِدٌ *reducens* de Sacy gr. II. 346, additurque nomini, ut cognoscatur, adiectivum coniunctivum مَنْ, quod ab initio enunciationis moveri haud potest, nec casuum mutationes subit, a substantivo لِسَانٌ tanquam genitivum pendere.

22) Plur. fract. ab أَخٌ pro أَخَوٌ Tychs. gram. §. 81, 18. Verbum quod antecedit Pluralem fractum, sive hic sit a Singulari

I+ 24) بَشِّرْ مَالَ ٱلْبَخِيلِ بِحَادِثٍ أَوْ 25) وَارِثٍ *

بشارت k) ده مال بخیل را که از روزگار [بحادثة] تلف کردن یا بدست میراث خور l) افتد *

---

k) Imperat. a دادن Wilk. p. 78. n. 170. Poss. p. 79. 1. — *l)* افتادن Wilk. p. 78. n. 169. Possart. p. 79. — Vox, uncis inclusa, superscripta in codice est arabicae بِحَادِثٍ, et pro alio magis ad Arabismum propendente eiusdem interpretamento habenda. —

---

masculini sive a Singulari feminini generis derivatus pro lubitu in Singulari masculino aut feminino poni potuit. de Sacy gr. II. 232.

23) Ne haereas in accusat. ٱلْحُرَّ, quem codex noster exhibet; etenim recte eum habere senties, quum attendis ad vim verbi إِسْتَعْبَدَ dupliciter transitivam: reddidit τὸν δεῖνα talem, qui servum hunc illumve acquireret. E duobus obiectis, quorum utrumque, si verbum est activum, in accusativo ponitur, mutata constructione in passivam, propius quod vocant obiectum in nominativum abit constituitque subiectum enunciationis, alterum vero idemque remotius accusativum suum servat; ita ut أُسْتُعْبِدَ significet: redditus est ὁ δεῖνα talis, qui in servitutem hunc illumve (h. l. virum ingenuum) redigeret. de Sacy gr. II. 123 ss. Subiectum propositionis definitum non est, verbique tertia persona vernacule per *man* reddenda. Differt igitur sensus dicti ab ab eo, quem cum nominativo ٱلْحُرُّ, exhiberet; hoc enim modo significaret, beneficiis acceptis libertatem suam vendere virum ingenuum, illa autem ratione cum accusativo ٱلْحُرَّ designat, eum, qui impenderit beneficia, in suam servitutem redigere liberum virum.

24) Vide ne vulgarem verbi بَشَّرَ constructionem in hunc locum transferas, in quo persona, ad quam nuntius perfertur quaeque in accusativo apponi solet, omnino non commemoratur, res autem praedicanda, alibi per particulam ب adiuncta, in accusativo effertur, pari fere modo ac בִּשַּׂר in Psalm. 40, 10. legitur: בִּשַּׂרְתִּי צֶדֶק.

25) وَارِثٍ est مَجْرُورٌ i. e. *in genitivo positum* propter particulam ب ante

[m] نَنگَر بان که گُفت بِنگَر بان	II لَا[26] تَنْظُرْ إِلَى مَنْ قَالَ
چه گُفت *	وَٱنْظُرْ إِلَى مَا قَالَ *
زاری کردن نَرْدی بلا تمام محنت	١٢ اَلْجَزَعُ عِنْدَ ٱلْبَلَآءِ تَمَامُ
است *	اَلْمِحْنَةِ[27] *
[n] نیست ظفر با ستم کردن *	١٣ لَا[28] ظَفَرَ مَعَ ٱلْبَغْيِ *

---

m) نگر bis hic loci occurrens, Imperativus est a نگرستن Wilk. p. 76. fin., cui primum ن negativum, paulo post ب, Imperativo plerumque praefixum, accessit. Wilk. p. 39. n. 109. — *n)* Ita pro نه است efferri solet. Wilk. p. 42. et. p. 4. n. 12. —

---

26) Futurum apocopat. Jussivi vim habet, quem praecedente particula negativa لَا, interdictum aliquod efficiente, per ipsam Imperativi formam exprimere non licet. Tychs. §. 41. Ewald. I. 125.

27) In hac propositione (جُمْلَةٌ *summa*) nominali (اِسْمِيَّةٌ) cum subiectum (مُبْتَدَأٌ *inchoativus*) tum attributum (خَبَرٌ *enunciativus*) *complexa* sunt, i. e. pluribus notionibus in unam iunctis constituta, de Sacy gr. II. 98. 99.; relatio autem ea, quae est inter subiectum et attributum, quaeque aliis in linguis addito verbo abstracto indicari solet, hic, ut plerumque in lingua arabica, solo nominativo, qui proprius est subiecti et attributi casus de Sacy l. c. حَادِث, quae genitivum exigit (حَرْف ٱلْجَرّ) quaeque repetenda est mente ante وَارِث. Constituunt autem verba بِحَادِثٍ أَوْ وَارِثٍ secundariam aliquam propositionem ad tempus definendum, brevissime contractam pro بِوُقُوعِ حَادِثٍ أَوْ بِوُجُودِ وَارِثٍ *quando infortunium accidit* [quo efficitur, ut in usum vitae adhibeantur reconditae opes sicque consumantur], *aut haeres procedit* [i. e. eo tempore, quo haeres aliquis opibus potitur]. Aliud quidpiam significavisset auctor constructione verborum in hunc modum constituta: بَشِّرْ وَارِثًا بِمَالِ ٱلْبَخِيلِ.

١٤ لَا ثَنَآءَ مَعَ ٱلْكِبْرِ * — نيست ثنا با كبر كردن *

١٥ لَا بِرَّ مَعَ ٱلشُّحِّ * — نيست نيكوى با بخيلى كردن *

١٦ لَا صِحَّةَ مَعَ ٱلنَّهَمِ * — نيست تن درستى با بسيار خوردن *

١٧ لَا شَرَفَ مَعَ سُوءِ ٱلْأَدَبِ * — نيست بزركوارى با بد ادبى *

١٨ لَا ٱجْتِنَابَ(29) مِنْ مُحَرَّمٍ مَعَ ٱلْحِرْصِ * — نيست دورى كردن از حرام با حريصى كردن *

---

o) Nomini arabico بَخِيلٌ terminatione ي adiecta ex usu Persarum tributa est notio abstracti. Wilk. p. 86. n. 197. Poss. p. 115. 119. Idem posthac saepius factum. —

---

p. 43. 44., exprimitur, verbo كَانَ prorsus omisso. Ewald. gr. II. 146. de Sacy l. c. p. 100. 101.

28) ظَفَرَ non pro verbi radice, sed accusativo habendum est a ظَفَرٌ. Cuiusmodi Accusativum nunatione carentem particula لَا adsciscit, ubi existentiam rei negat, cuius nomen et indefinitum est, et sine interpositione aliqua negationem statim sequitur, e. c. لَا إِلَهَ إِلَّا ٱللّٰهُ *non* (est, existit) *aliquis deus praeter Allah.* de Sacy gr. II. 63. Ewald. II. 44. Sed vide quae posthac accuratius disputavimus in not. 40.

29) Offendere legentem possit praepositio مِنْ iuncta cum verbo جَنَبَ, alias constanti fere usu particulam عَنْ adsciscente, utpote quae remotionem s. aversionem a *latere* proprie designet. Ewald. gr. II. p. 66, de Sacy gr. I. 483. Illud مِنْ autem, quod motum ex ambitu certo sive a puncto quodam intra circulum procedentem significat, itaque verbis *liberandi* additur, hoc in loco dici possit aut praegnantem, quam vocant, constructionem efficere, aut propterea verbum جَنَبَ sequi, quod sensu verbi خَلَّصَ cum مِنْ *liberavit a malo* positum sit. Hoc si statuitur ver-

نیست راحت با حسد بزدن * ١٩ لا راحة مع الحسد *
نیست دوستی با روی وریا کردن * ٢٠ لا صحبة مع مرآء *
نیست مهتری با کینه کشیدن * ٢١ لا سود مع الانتقام *

p) Persa dubitavit, utrum arabica vox مرآء derivanda esset a radice مرى, an a رأى, vide Vocab. arabic. s. v. مرآء; igitur utrumque versione sua expressit. — q) Abstractum مهتری in lexicis non comparet quidem, sed a مهتر *princeps* ita ex regula formatum est, ut de eius bonitate non dubitandum sit. —

bum جنب propter significationis similitudinem constructionem alius verbi [خلص], quae proprie ei non convenit, adoptavisset de Sacy gr. II. 120.; illud si assumitur, enunciatio perfecta haec foret: *nulla est aversio* [et liberatio] *a facinoribus interdictis.* Utcunque tandem explices sententiam, discrimen inter hanc constructionem et illam cum عن apertum est; nimirum per من innuitur, aliquem iam immersum et pollutum vitiis liberare se ab iis et ex iis prodire non posse, contra si عن scriptum esset, significaretur, integrum hucusque hominem, ubi aviditate corriperetur, amplius se non posse salvum a vitiis et insontem servare.

30) Pro varia vocabuli مرآء derivatione, de qua vide Vocabular., sensus dicti diversus est. E lexicographis unus Meninski praeter significationem *contentionis*, etiam *hypocriseos*, quippe derivatam a verbo رأى, probavit; cui ut praeferamus alteram a مرى, movet cum interna sententiae virtus et simile dictum 68., tum usitatissima illa Infinitivum coniugationis 3. per فعال formandi ratio. Tychs. §. 46, 4.

31) A radice نقم. — Quoad sensum conferri potest sententia, quae exstat apud v. Waenen l. c. p. 12. دولة الملوك في العدل *prosperitas regum in aequitate.*

نیست زیارت با بد خوی * ٢٢ لا زِيَارَةَ مَعَ زِعَارَةٍ[32] *

نیست صواب با ترك كردن مشاورت * ٢٣ لا صَوَابَ مَعَ تَرْكِ ٱلْمُشَاوَرَةِ[33] *

نیست مروت با مرد دروغ [r] گوی * ٢٤ لا مُرُوَّةَ لِكَذُوبٍ[34] *

نیست وفا [s] مرد ملوكرا * ٢٥ لا وَفَاءَ لِمُلُوكٍ[35] *

---

r) گوی est particip. praesentis a گفتن cum articulo unitatis Wilk. p. 21. n. 50., quod antecedenti voci ita adiunctum est, ut adiectivum compositum efficiant. Wilk. p. 40. n. 115. p. 93. n. 228. — s) Vocabula وفا et مرد coniungas interposito Izafet, Wilk. p. 15. n. 44.; vertenda enim sunt in genitivo: *fides virorum.* —

---

32) Ne negligas elegantem et orientalibus auribus gratissimam verborum زِيَارَة et زِعَارَة paronomasiam.

33) Nomen actionis a شَارَ, coniugationis tertiae, quae a quarta sic differt, ut haec *consilium alii dare*, illa vero *consilium ab alio sibi petere* denotet. Optime in nostram rem Scholiasta ad Haririum p. ٣٠٩ ed. de Sacy. monuit: اشار عليه بيّن له وجه المصلحة ودلّه على الصواب. Hinc patet etiam تَرْكِ ٱلْمُشَاوَرَة non esse relictionem consilii iam accepti, ut sensum dicti explicuit Erpenius (Prov. arab. centur. duae p. 58.), sed potius neglectionem in petendo consilio, antequam opus aliquod agendum aggrediaris.

34) Deest arabicae linguae verbum latino *habere* respondens, quapropter circumscribitur verbo كَانَ, adiuncto dativo e. c. كَانَ لِلْمَلِكِ وَزِيرٌ *fuit regi vesirus.* de Sacy gr. II. p. 61. In nostra sententia illud كَانَ non comparet quidem, sed latet in constructione particulae negativae لَا c. accusat. vid. not. 28. — Quoad sensum similiter sententia apud Erpenium l. c. p. 51. ipsum mendacium vilitatem appellat ٱلْكَذِبُ خُضُوعٌ.

35) مُلُوكٌ plur. fract. a مَلِكٌ. Tychs. gr. p. 139. no. 6.

نيست راحت با حسد بردن * ١٩ لَا رَاحَةَ مَعَ ٱلْحَسَدِ *

نيست دوستى با p) روى وريا كردن * ٢٠ لَا صَحَبَّةَ مَعَ q) مِرَآءٍ *

نيست r) مهترى با كينه كشيدن * ٢١ لَا سُودَ مَعَ s) ٱلِٱنْتِقَامِ *

---

p) Persa dubitavit, utrum arabica vox مِرَآءٌ derivanda esset a radice مَرَى, an a رَأَى, vide Vocab. arabic. s. v. مِرَآءٌ; igitur utrumque versione sua expressit. — q) Abstractum مهترى in lexicis non comparet quidem, sed a مهتر *princeps* ita ex regula formatum est, ut de eius bonitate non dubitandum sit. —

---

bum جَنَبَ propter significationis similitudinem constructionem alius verbi [خَلَصَ], quae proprie ei non convenit, adoptavisset de Sacy gr. II. 120.; illud si assumitur, enunciatio perfecta haec foret: *nulla est aversio* [et liberatio] *a facinoribus interdictis.* Utcunque tandem explices sententiam, discrimen inter hanc constructionem et illam cum عَنْ apertum est; nimirum per مِنْ innuitur, aliquem iam immersum et pollutum vitiis liberare se ab iis et ex iis prodire non posse, contra si عَنْ scriptum esset, significaretur, integrum hucusque hominem, ubi aviditate corriperetur, amplius se non posse salvum a vitiis et insontem servare.

30) Pro varia vocabuli مِرَآءٍ derivatione, de qua vide Vocabular., sensus dicti diversus est. E lexicographis unus Meninski praeter significationem *contentionis*, etiam *hypocriseos*, quippe derivatam a verbo رَأَى, probavit; cui ut praeferamus alteram a مَرَى, movet cum interna sententiae virtus et simile dictum 68., tum usitatissima illa Infinitivum coniugationis 3. per فِعَالٌ formandi ratio. Tychs. §. 46, 4.

31) A radice نَقَمَ. — Quoad sensum conferri potest sententia, quae exstat apud v. Waenen l. c. p. 12. دَوْلَةُ ٱلْمُلُوكِ فِي ٱلْعَدْلِ *prosperitas regum in aequitate.*

نيست زيارت با بد خوى * ٢٢ لَا زِيَارَةَ مَعَ زَعَارَةٍ[32] *

نيست صواب با ترك كردن مشاورت * ٢٣ لَا صَوَابَ مَعَ تَرْكِ[33] ٱلْمُشَاوَرَةِ *

نيست مروت با مرد دروغ[r] گوى * ٢٤ لَا مُرُوَّةَ[34] لِكَذُوبٍ *

نيست وفا[s] مرد ملوك را * ٢٥ لَا وَفَآءَ[35] لِمُلُوكٍ *

---

r) گوى est particip. praesentis a گفتن cum articulo unitatis Wilk. p. 21. n. 50., quod antecedenti voci ita adiunctum est, ut adiectivum compositum efficiant. Wilk. p. 40. n. 115. p. 93. n. 228. — s) Vocabula وفا et مرد coniungas interposito Izafet, Wilk. p. 15. n. 44.; vertenda enim sunt in genitivo: *fides virorum.* —

---

32) Ne negligas elegantem et orientalibus auribus gratissimam verborum زِيَارَة et زَعَارَة paronomasiam.

33) Nomen actionis a شَارَ, coniugationis tertiae, quae a quarta sic differt, ut haec *consilium alii dare*, illa vero *consilium ab alio sibi petere* denotet. Optime in nostram rem Scholiasta ad Haririum p. ٣٠٩ ed. de Sacy. monuit: اشار عليه بيّن له وجه المصلحة ودلّه على الصواب. Hinc patet etiam تَرْكُ ٱلْمُشَاوَرَة non esse relictionem consilii iam accepti, ut sensum dicti explicuit Erpenius (Prov. arab. centur. duae p. 58.), sed potius neglectionem in petendo consilio, antequam opus aliquod agendum aggrediaris.

34) Deest arabicae linguae verbum latino *habere* respondens, quapropter circumscribitur verbo كَانَ, adiuncto dativo e. c. كَانَ لِلْمَلِكِ وَزِيرٌ *fuit regi vesirus.* de Sacy gr. II. p. 61. In nostra sententia illud كَانَ non comparet quidem, sed latet in constructione particulae negativae لَا c. accusat. vid. not. 28. — Quoad sensum similiter sententia apud Erpenium l. c. p. 51. ipsum mendacium vilitatem appellat ٱلْكَذِبُ خُضُوعٌ.

35) مُلُوك plur. fract. a مَلِك. Tychs. gr. p. 139. no. 6.

نيست كرم نيكوكارى عزيز ٣٦ لَا كَرَمَ ³⁶⁾ أَعَزُّ ³⁷⁾ مِنَ
از پرهيزكارى * اَلتَّقْوَى ³⁸⁾ *
نيست هيچ شرف ⁱ⁾ بلندتر از ٣٧ لَا شَرَفَ ³⁹⁾ أَعْلَى مِنَ
اسلام * اَلْإِسْلَامِ *
نيست هيچ پناه نيكوتر از ٣٨ لَا ⁴⁰⁾ مُعْقَدَ ⁴¹⁾ أَحْسَنَ مِنَ
پرهيزكارى * اَلْوَرَعِ *

---

i) Terminatio تر comparativi est. Wilk. p. 22. n. 57. Poss. p. 47. —

---

36) أَعَزُّ est comparativus (إِسْمُ اَلتَّفْضِيلِ nomen superioritatis) ab عَزِيزٌ, qui quidem ad formam أَفْعَلُ (Tychs. gr. §. 76.) sonaret أَعْزَزُ, sed propter magnam illam sonorum similium, ubi sibi vicini sunt, proclivitatem, etiam intercedente vocali brevi, coalescendi, contrahitur in أَعَزُّ Ewald. gr. I. p. 70.

37) مِنَ cum Fatha copulativo pro مِنْ Tychs. gr. p. 28. n. 2.

38) تَقْوَى derivandum est a وَقَى, cuius coniugatio 8. pro أَوْتَقَى, cum و, consonans debilis, sono fortiori ت sese assimilet, Ewald. gr. I. 245. s. habet أَتَّقَى Tychs. gr. §. 28. 3. c. Hinc omisso Elif prosthetico, vitio derivandi, tanquam a radice trilittera et primitiva تَقَا pro تَقَوَ, formatur cum terminatione femin. ى, nomen actionis تَقْوَى, mutationis ideoque casuum in Singulari expers. Ewald. l. c. p. 165. de Sacy gr. I. p. 293.

39) أَعْلَى pro أَعْلَيُ Tychs. gr. §. 22. n. 4. est إِسْمُ اَلتَّفْضِيلِ ad formam أَفْعَلُ ab عَلِيٌّ, quod vide.

40) مُعْقَدَ derivatum ab عَقَدَ, quod vide. — لَا ut in antecedentibus sententiis nomen statim sequens in accusat. adiunctum habet, quippe quod, ut aiunt, rei, quae dica-

tur مُعْتَقَد, ipsam existentiam neget. Appellant hoc لَا arabici grammatici نَفْيُ اَلْجِنْسِ *negationem generis* sive اَلْبَتْرِيَّةُ *quod prorsus perdit ac delet;* cui opponunt لَا ut نَفْيُ حَالٍ *negationem status*, quod istam potestatem, nominativum subiecti in accusativum convertendi, non exerceat de Sacy gr. II. p. 64. 65. Quod constructionis discrimen ad diversum usum omissi verbi كَانَ, ut *concreti* (existere), aut *abstracti* redire, equidem mihi vel de Sacyo l. c. auctore, persuadere non possum. Pari enim modo in propositionibus utriusque generis existentia aliqua negatur; siquidem in hoc exemplo: لَا رَجُلٌ حَاضِرًا denegatur, existere relationem, quae intercedat inter attributum حَاضِرًا et subiectum رَجُلٌ; cum verba: *vir non est praesens*, accurate perpensa, nihil aliud significent, quam: *non existit ut praesens* i. e. in statu praesentiae (quocirca accusativus نَصْبُ اَلْحَالِ) *aliquis vir.* Tetigit ipse clariss. de Sacy illam, quam statuimus, affinitatem vel potius identitatem verbi abstracti et concreti *esse* passim in libro suo: *Principes de grammaire générale* Part. I. Chap. I. cf. Gram. ar. II. p. 86. 87. In exemplo autem alterius generis: لَا رَجُلَ negatur *aliquem virum existere* i. e. *aliquem existere ut virum*, qui cadat in categoriam huius generis, sive sit ex eo genere, quod appellatur nomine رَجُلٌ. Optime igitur grammatici arabici hoc لَا dixerunt نَفْيُ اَلْجِنْسِ, statueruntque, eiusmodi propositionem negativam continere potestatem praepositionis مِنْ. de Sacy l. c. p. 414. Nos vero illud رَجُلَ in exemplo لَا رَجُلَ non pro subiecto s. inchoativo (اَلْمُبْتَدَأُ), sed pro attributo s. enunciativo (اَلْخَبَرُ) habemus, quod, etiam omisso verbo كَانَ, in accusativo poni, testantur *Ebn-Malec* in *Alfiyya* ed. de Sacy vers. 156. 157. et de Sacy gr. II. p. 458. Nempe enunciatio, quae completa foret: لَا كَانَ أَحَدٌ رَجُلًا *non existit aliquis ut vir* (i. e. in statu viri) subiecto, quod facili negotio suppletur, omisso, per gratam breviloquentiam contrahitur in illud لَا رَجُلَ *non existit tamquam vir;* in quo رَجُلَ eodem modo atque حَاضِرًا in alterius generis exemplo est attributum

نیست هیچ شفیع حاجت *)رواتر از توبه ✻ ۲۹ لَا شَفِيعَ *) أَنْجَحُ مِنَ ٱلتَّوْبَةِ ✻

---

*) In codice mendose scriptum est حاجت. Adiectivum compositum poenitentiam denotat ut intercessorem حاجت روا voto i. e. veniae nanciscendae convenientissimum. —

---

et accusativus أَلنَّجَاحَ. Quam explicationem commendavit nobis observatio Ebn-Maleci in Alfiyya citato v. 163. 164. hincque relata in de Sacy gr. I. p. 262., quod post verbum negativum لَاتَ, in quo latet لَا, subiectum solet omitti, solumque attributum exprimi; commendavit nobis praeterea ratio et iusta et facilis cognitu accusativi, negationem sequentis, in quo expediendò etiam Ewaldus gram. II. p. 44. 45., vereor, ut recte, sese exercuerit. Neque etiam causa pro hac analysi deest, cur indefinitum semper esse debeat huius generis nomen; hoc idem vero quod sine Tenwino enunciatum velint grammatici arabici: رَجُلَ non رَجُلًا, inde ducendum, quod huiusmodi formulas habuerunt pro compositionibus adverbialibus (مُرَكَّبٌ تَضَمُّنِىٌّ *contracta iunctura*) in accusativo sine nunatione efferendis, ut بَيْتَ بَيْتَ *per domos*. Itaque regula huc redire videtur, ut subiectum propositionis post particulam negativam لَا si sit أَحَدٌ vel شَىْءٌ pariter atque verbum substantivum omittatur, nomen vero quod additur pro attributo habeatur, quod in casu suo i. e. accusativo negationem statim sequatur; sin vero subiectum disertis verbis compelletur, non reticeatur, hoc ut enuncietur in casu ei proprio i. e. in nominativo, attributo accusativum servante.

41) Apposito adiectivo أَحْسَن accuratius definitur antecedens مُعْتَقَد, quocum secundum codicis scripturam casu accusativi convenit. Pro legibus linguae et rei natura triplex sine sensus aliqua mutatione construendi, ratio permissa est, prout referas adiectivum aut ad subiectum illud omissum, itaque in nominativo ponendum: لَا رَجُلَ نَائِمٌ فِى ٱلدَّارِ *non existit* (ut) *vir* (quidam) *dormiens in domo*, quod per inversionem dicitur pro: لَا كَانَ رَجُلًا أَحَدٌ نَائِمٌ فِى ٱلدَّارِ, aut ad attributum cum et sine Tenwino: لَا رَجُلَ نَائِمَ (s. نَائِمًا) فِى ٱلدَّارِ *non existit* (quidam) *ut vir dormiens in domo*. de Sacy II. p. 416.

نیست هیچ لباس نیکوتر ۳۰ لَا لِبَاسَ أَجْمَلُ مِنَ
از سلامتی * اَلسَّلَامَةِ *

نیست هیچ تن درمانده‌تر از ۳۱ لَا دَاءَ أَعْيَى ⁽⁴³⁾ مِنَ
نادانی * اَلْجَهْلِ *

نیست هیچ بیماری رنجورتر ۳۲ لَا مَرَضَ أَضْنَى مِنْ قِلَّةِ
از کم خردی * اَلْعَقْلِ *

زبان تو تقاضا کند انچه ۳۳ لِسَانُكَ يَقْتَضِيكَ مَا
عادت کرده ⁽ˣ⁾ باشی ⁽ʸ⁾ بدان * عَوَّدْتَهُ ⁽⁴⁴⁾ ⁽⁴⁵⁾ *

---

w) کردن Wilk. p. 78. n. 171. Poss. p. 80. — x) Futur. verbi perfecti sive exactum. Wilk. p. 39. n. 107. Poss. p. 75. — y) Compositum ex أن et praeposit. ب, inserto ن euphonico. Wilk. p. 29. n. 74. Poss. p. 64. —

---

42) أَنْجَحُ comparat. a نَجِيحٌ.

43) أَعْيَى pro أَعْيَيُ Tychs. gr. §. 22. n. 4., comparativus ab عَيِيٌّ q. v.

44) De Teschdid euphonico, quod litterae ت adscriptum est, vide Tychs. gr. p. 25. n. 2. a., ubi vero in exemplis, regulam illustrantibus, Dschesm super ن delendum est.

45) Secundum systema grammaticale Arabum haec sententia phrasin (كَلَامٌ) constituit, cuius subiectum (لِسَانُكَ), quia antecedit verbum, non est فَاعِلٌ *agens*, sed مُبْتَدَأٌ *inchoativus;* in verbo (يَقْتَضِيكَ) peculiare subiectum latere putatur, quippe idem sit ac يَقْتَضِيكَ هُوَ, ac tota propositio composita est, cum habeat pro attributo phrasin completam. de Sacy gr. II. p. 520. 512. s. 422. not. 2. Obiectum verbi يَقْتَضِى duplex est, alterum

٣٤ اَلْمَرْءُ عَدُوٌّ لِمَا جَهِلَهُ [46] *	مرد [z] دشمنست انچه [a] ندانند [b] اورا *
٣٥ رَحِمَ ٱللّٰهُ ٱمْرَأً [47] عَرَفَ قَدْرَهُ وَلَمْ [48] يَتَعَدَّ [49] طَوْرَهُ *	خدای رحمت کند مردیرا که بشناخت اندازهٔ خودرا از حد [c] در نگذشت [d] *

z) Verbi substantivi tertia persona cum nomine coniuncta est. Wilk. p. 34. n. 89. Poss. 86. — a) Verbum compositum ex negatione نَ et دانستن Wilk. p. 76. n. 164. — b) Pronomen personale ad relativum pari ratione atque in hebraico sermone ad אֲשֶׁר, et in arabico ad اَلَّذِى additum est, quo indicetur eius casus obliquus. Wilk. p. 30. n. 78. Poss. p. 64. s. — c) Particula در, interiecta negatione a sequenti verbo separata, cum eo copulanda est, vid. Vocab. s. v. درگذشتن. — d) Codex msptus. in fine sententiae از حد iterum exhibet, sine dubio per negligentem aliquam scribentis diligentiam. —

---

personae, alterum rei; posterius, duabus vocibus مَا عَوَّدَتْهُ constans, aeque ac prius كَ, in accusativo (مَنْصُوبَةٌ مَحَلًّا *virtuellement à l'accusativ*) accipiendum est; etenim verbum dupliciter transitivum utrumque complementum in hoc casu adsciscit. — Quoad sensum dicti vide ne quid subtilius, quam auctor voluit, exinde extorqueas; non enim lingua ut organon loquelae, iurgiorum, perfidi sermonis, sed ut gustandi instrumentum commemoratur, quod, ut consueverit aliquamdiu, aut dulcia cibaria cum largis Falerni haustibus appetet, aut frugi ac tenui victu satiabitur.

46) Relativum مَا in casu obiecti accipiendum esse, addito pronomine هُ (عَائِدٌ) exactius denotatur. — Quod quidem pronomen, si de *rebus* sermo sit, saepe omitti, recte monuit Ewaldus gr. II. p. 232., eundem vero pari iure l. c. contendisse, rarius in huiusmodi locutionibus suffixum addi, vix affirmem.

47) Accusativus ٱمْرَأً derivandus est ab إِمْرُؤٌ, quod quidem nomen cum altero إِبْنُمٌ *filius*, id prorsus singulare habet, quod vocalem cuique casui characteristicam

٣٦ إِعَادَةُ ٱلْاِعْتِذَارِ "تَذْكِيرٌ لِلذَّنْبِ" *	دیگر باره عذر خواستن یاد آوردن بود گناه‌را *
٣٧ "اَلنُّصْحُ بَيْنَ ٱلْمَلَآءِ تَقْرِيعٌ" *	نصیحت کردن در میان انجمن سرزنش باشد *
٣٨ "إِذَا تَمَّ ٱلْعَقْلُ نَقَصَ ٱلْكَلَامُ" *	چون تمام شود خرد کم شود سخن گفتن *

---

etiam in penultima syllaba assumit, ut dicas in nominativo إِمْرُؤٌ, in genitivo إِمْرِئٍ, in accusativo إِمْرَأً. de Sacy gr. I. p. 398.

48) Vide notam 15.

49) Derivanda est haec forma a verbo عَدَا, cuius futurum in coniugatione 5. habet يَتَعَدَّى, per apocopen propter لَمْ praecedens (Tychs. gr. §. 38. n. 1.) يَتَعَدَّ. Quae quidem particula futuro sequenti eandem potestatem attribuit, quam haberet praeteritum, si propositio esset affirmativa. de Sacy gr. I. p. 516.

50) Vide in Vocabul. s. v. ذَكَرَ. — Sententia non vetat quidem delicti excusationem, semel faciendam, sed saepius eandem repetere, parum conducere monet.

51) De Elif articuli omisso videatur Tychs. gr. p. 25, 2. b.

C*

52) نُصْحٌ est infinitivus coniugationis primae, qui in lexicc. non comparet quidem, sed formatus est ad analogiam فُعْلٌ vid. de Sacy gr. I. p. 283. n. 5.

53) A vero aberrat van Waenen, cuius in libro citat. p. 110. Sent. 442. c. not. p. 346. eadem sententia occurrit, in explicando eius sensu, quem valde obscurum dixit. Proponit duplicem interpretationem; vel turbae hominum se immiscere ad monendum, exponere verberum periculo (تَقْرِيعٌ), vel primoribus viris (مَلَآءٌ) consilium dare velle, exponere verberibus; utrumque longius petitum ac Persae versioni haud congruum. Pro ea sensus est, cohortari aliquem publice in hominum conventu idem esse atque increpare eum et de segnitie exprobrare.

54) Particula إِذَا ab initio duarum

شفاعت e) کننده بال جوینده است * ٣٩ اَلشَّفِيعُ جَنَاحُ ٱلطَّالِبِ *

نفاق مرد خوریست * ٤٠ نِفَاقُ ٱلْمَرْءِ ذِلَّةٌ *

نعمت نادان همچو ٤١ نِعْمَةُ ٱلْجَاهِلِ 56) كَرَوْضَةٍ

f) سبزه زاریست در سرگین دان * فِى مَزْبَلَةٍ 57) *

---

e) **Particip. praesent. a** کردن **Wilk. p. 78. n. 171. et p. 40. n. 117. —** *f)* **De terminatione huius nominis compositi vide Wilk. p. 86. n. 198. Poss. p. 116. —**

---

propositionum correlativarum, quarum verba sunt in praeterito, ea vel ad futurum tempus vel ad praesens indefinitum transfert.

55) Sensus dicti, quod etiam legitur apud Erpenium l. c. p. 57. no. LXXXIV., van Waenen. l. c. p. 138. no. 43. et Sennertum Centur. proverb. arab. no. LXXXIV. pro verbis varius esse potest. Proximum illud, deesse, cum exhausta fuerit intelligentia, disserendi quoque copiam, id importuna fatuorum garrulitate vel in eas res, in quibus omnino nihil sapiunt, prolixe effusa tam crebro refutatur, ut huc spectare dictum vix credas; imo vero non amplius verbis locum esse, auctor monet, aut cum intelligentiam ab omni parte absolutam iam concepissent mentes, aut cum deficiat, quae argumentis moveri possit, ratio.

56) رَوْضَةٍ in genitivo effertur propter particulam comparativam (حَرْفُ تَشْبِيهٍ) كَ, ei praefixam Tychs. gr. p. 184. n. 5.

57) van Waenen, cuius in libro citato, collect. II. n. 439. idem dictum occurrit, ad id explicationis gratia p. 346. haec addit: „Non invenuste comparat Imperator (Ali) stultorum prosperitatem cum horto super sterquilinio. Sicuti enim hortus ob soli pinguitudinem abundantius crescit, frondibusque suis supervagatur, ita etiam stulti, quibus ab omni parte opes ac deliciae affluunt, luxuriare, divitiisque suis ac facultatibus cum fastu et arrogantia superbire solent. Eodem tendit etiam dictum Salomonis Proverb. 19, 10." — In quo haud scio num vere attigerit vir doctus sensum auctoris, utpote qui non tam in describendo insolenti stolidi hominis fastu versetur, quam exquisitius aliquid et magis

42. ٱلْجَزَعُ أَتْعَبُ مِنَ ٱلصَّبْرِ * — زارى كردن دشوارتر است از صبر كردن *

43. ٱلْمَسْؤُلُ[58] حُرٌّ حَتَّى يَعِدَ[59] * — مرد مسؤل[g] آزاد است تا وعده ن‍هد[h] *

---

g) Hamza superscriptum est litterae و ex more Arabum. Wilk. p. 6. n. 21. — h) ناين Wilk. p. 78. n. 170. Poss. p. 79. —

---

reconditum aperiat, si نِعْمَةٌ non de *opulentia*, sed *beneficentia* accipiatur. Tunc enim beneficia cum horto viridi amoenoque, stultitia vero eius, qui largitur, cum sterquilinio, putido isto quidem et abominabili, sed ex quo herbarum optimarum seges pullulat, haud incommode comparantur.

58) مَسْؤُلٌ est particip. pass. coniugat. primae verbi سَأَلَ; quod secundum regularem formam sonaret مَسْأُولٌ, propter Elif autem in medio vocabulo cum Dhamma prolatum, ideoque in Vav mutandum (Tychs. gr. §. 20. n. 1. Ewald. I. p. 61.) مَسْوُولٌ. In cuiusmodi formis brevitati ita student scribendo, ut و prolongativum omittant, exarentque مَسْوُلٌ, ad analogiam رُؤُسٌ capita loco رُؤُوسٌ. Tychs. §. 21. n. 3. Ewald I. p. 63. 64.

59) يَعِدَ est coniugationis primae a وَعَدَ futurum nasbatum Tychs. gr. §. 56. no. 1., quod sequi debet antecedentem particulam حَتَّى. De cuius usu, quoad verbum, eam sequens, haec probe teneantur. Propositio, cui haec inserta est coniunctio, si pertineat ad tempus praeteritum, nihilque referat, quam rem in facto positam, tum incipientem, cum alia finem fere nacta fuerit, verbum, quod sequitur post حَتَّى, aut in *praeterito* effertur e. c. ثُمَّ ٱرْتَحَلُوا وَسَارُوا حَتَّى طَلَعَتِ ٱلشَّمْسُ *tum profecti iter fecerunt donec sol ortus est*, aut, quod rarissime fit, in *futuro indicativo*, per ellipsin verbi كَانَ, ut de

بزرگ ترین دشمن آنست که ۴۳۴ أَكْبَرُ الأَعْدَآءِ أَخْفَاهُمْ

نهان تر باشد کیدش * مَكِيدَةً *

---

i) Terminatio superlativi ab adiectivo suo separata Wilk. p. 23. n. 57. — k) Voci arabicae كَيْد subiunctum est suffix. tertiae personae ش, de quo vide Wilk. p. 27. n. 67. Poss. p. 59. — In codice mspto. nescio quis artem dialecticam vehementer veritus interpretamenti gratia haec lectu difficiliora adspersit: يعنى حيله كار ادلّه *intelligit dolosum argumentationibus* i. e. astutum et versatilem disputatorem. —

Sacy gr. I. p. 480. not. 1. acutissime vidit, e. c. سِرْتُ إِلَى ٱلْكُوفَةِ حَتَّى أَدْخُلُهَا *profectus sum Kufam donec eam intro, ich bin auf Kufa zu marschirt, bis ich nun in dasselbe hereingehe,* quod dici etiam possit حَتَّى كُنْتُ فِى حَالِ دُخُولٍ. Sin vero causae, consilii, consequentiae al. levissima notio accedat, aut ad futurum tempus spectet oratio, particulam حَتَّى sequitur *futurum nasbatum* e. c. سِرْتُ إِلَى ٱلْكُوفَةِ حَتَّى أَدْخُلَهَا *profectus sum Kufam, donec eam intrarem* i. e. eo consilio, ut in eam tandem ingrederer, *ich marschirte auf Kufa zu, auf dass ich in dasselbe hinein käme.* Nec tamen infitiandum est, nonnullis in locis tam subtile esse inter alterutram constructionem discrimen, ut utraque locum habere ac defendi possit, quemadmodum in Kor. 2, 209., ubi lectiones etiam variant Cf. de Sacy gr. I. p. 479. 480. II. p. 24. Anthol. gr. p. 168. Ewald gr. II. p. 116. 117.

60) أَعْدَآء est pluralis fractus formae decimae quartae (أَفْعَالٌ Tychs. p. 141.) a Singulari عَدُوّ, ut contracte scribitur pro عَدُوو Tychs. p. 38. n. 6., quod affine est formae فَعِيلٌ. Nec tamen أَعْدَاو in plurali, sed cum و in fine vocabuli post ا quiescens in Hamza mutetur, أَعْدَآء exaratur, ut سَمَآء loco سَمَاو. de Sacy gr. I. p. 113. Tychs. gr. §. 23. n. 4. Apposito autem hoc genitivo ٱلْأَعْدَآء magis definitur, quo se referat antecedens elativus أَكْبَرُ, gravissimum esse nempe inter totum inimicorum genus eum, qui ctr. Quod Ewaldus praecipit in gr. II. p. 23.,

هر كه طلب كند النجه اورا بكار [l]نيايد در [m]كذرن النجه اورا بكار آيد * — ٦٠ مَنْ طَلَبَ مَا لَا [60]يَعْنِيهِ فَاتَهُ مَا يَعْنِيهِ *

[n]شنونده مر غيبت آن يكى از در غيبت [o]كنندكانست * — ٦١ اَلسَّامِعُ لِلْغِيبَةِ فَهُوَ أَحَدُ ٱلْمُغْتَابِينَ [61] *

---

l) Contractum est ex negatione نه et praesenti verbi آمدن Wilk. p. 78. n. 171. p. 62. n. 134. Poss. 76. 77. — *m)* كذشتن Wilk. p. 76. Poss. p. 84. — *n)* Partic. praes. a شنودن vel شنيدن Wilk. p. 78. n. 171. — *o)* Plural. participii كننده Wilk. p. 11. n. 33. Poss. p. 35., quod cum antecedenti در derivandum est a دركردن. —

---

sine articulo in huiusmodi formulis substantivum efferendum esse, equidem non affirmem, tum quod multa exempla, quorum nonnulla exstant in de Sacyi gr. II. p. 303., contrarium probant, tum quod addito articulo potestas elativi magis augetur eique vera vis superlativi demum attribuitur.

61) أَخْفَا derives a خَفِىَ; cuius comparativus, secundum regulam formandus أَخْفَى, propter vocalem brevem in fine vocis post ى facile cedentem, est أَخْفَى Ewald. gr. I. p. 54. Tychs. §. 22. no. 4., sive ut addito suffixo scribi solet, أَخْفَا Tychs. §. 89. no. 9. de Sacy gram. I. p. 459. — Continetur hoc adiectivo propositionis attributum, cuius relatio ad antecedens subiectum indicanda fuisset verbo copulativo كَانَ, quod saepissime omittitur. Notio autem adiectivi أَخْفَى duplici modo accuratius definitur, tum affixo هُمْ, quod idem est ac مِنَ ٱلْأَعْدَآءِ, tum accusativo مَكِيدَةً, qui generaliorem notionem occulti, restringit ad clandestinas insidias. Tychs. gr. §. 99. no. 3. Appellant hoc arabici grammatici تَمْيِيزٌ *determinationem*. de Sacy gr. II. p. 79 et 303. In posteriori loco exemplum forma grammaticali nostrae sententiae admodum simile legitur: أَجْرَءُ ٱلنَّاسِ عَلَى ٱلْأَسَدِ

٤٧ اَلذُّلُّ مَعَ ٱلطَّمَعِ * — خوارى با طمع است *

٤٨ اَلرَّاحَةُ مَعَ ٱلْيَأْسِ (64) * — راحت با نوميدى است *

٤٩ اَلْحِرْمَانُ مَعَ ٱلْحِرْصِ (65) * — نوميدى با حريص كردن است *

٥٠ مَنْ كَثُرَ مِزَاحُهُ (66) لَمْ — هر كه بسيار بود مزاح او

أَكْثَرُهُمْ لَهُ رُؤْيَةً *audacissimus hominum contra leonem* [is est, qui] *saepissime ex iis istum conspexit.*

62) De mutata vocali in suffixo ه loco هُ vide Tychs. gr. p. 175. no. 3.

63) Pronomen هُوَ hic loci modo separat subiectum ab attributo, quorum utrumque definitum est, hacque ratione ab arabicis grammaticis nominatur حَرْفُ ٱلْفَصْلِ *particula separationis.* de Sacy gram. II. p. 586. — In similem sententiam Scaligerus (Proverb. arab. centuriae duae c. scholiis Scaligeri et Erpenii p. 67.) observat: Diffamatores non sunt solum qui motu proprio alicui obtrectantur; sed etiam qui alienis verbis aliquem deferunt.

64) Non puto, rectum vidisse van Waenen, cum ad dictum nostro consimile annotaret (l. c. p. 167), يَأْسٌ animi affectionem esse, qua quis aliarum rerum curas mittat suaque sorte praesenti contentus vivat; etenim omnium minime sorte sua contentus is est, cui attribuas يَأْسٌ, imo vero ita post petitiones saepissime sine felici successu repetitas fortunae suae irascens et exacerbatus, ut omni spe abiecta, nihil sibi amplius boni exspectet.

65) Causa quod finem propositum non consequuntur avidi, in ipsa aviditate quaerenda est, qua ducti praepropere agunt, utiliora adminicula negligunt, vel festinando irrita reddunt; ut idem dicitur in Iob. 5, 13. עֲצַת נִפְתָּלִים נִמְהָרָה et Prov. 19, 2. אָץ בְּרַגְלַיִם חוֹטֵא. Sed forsitan ad id modo tendit auctor, quod cupiditas e negata possessione rerum prodeat.

66) Suffixum هُ illud est, quod عَائِدٌ appellant, revocans in animum pronomen coniunctivum مَنْ, ab initio propositionis ponendum. Vide notam 16. Repetito hoc pronomine indicatur مَنْ, quod nisi interrogando inserviat, flexionis expers est, accipiendum esse in genitivo.

خالی نباشد از کینه گرفتن		يَخْلُ[67] مِنْ حِقْدِ
[p] برو یا سبک داشتن		عَلَيْهِ[68] أَوِ ٱسْتِخْفَافٍ
بدو *		بِهِ *
بنده شهوة خورتر است از	٥١	عَبْدُ ٱلشَّهْوَةِ أَذَلُّ مِنْ
بندهٔ درم خریده *		عَبْدِ ٱلرِّقِّ *
حسد [q] برنده حشمناک است	٥٢	ٱلْحَاسِدُ مُغْتَاظٌ عَلَى
بر آنکه هیچ گناه [r] ندارد *		مَنْ لَا ذَنْبَ لَهُ[69] *

---

p) Elif pronominis او post praepositionem abiectum, in بدو autem, quod sequitur, inter utramque compositionis partem ن insertum est. Wilk. p. 25. n. 61. 62. — Pose. p. 57. 58. — *q)* برن. — *r)* داشتن Wilk. p. 75. n. 162. —

---

67) يَخْلُ futur. apoc. coniugationis primae a خَلَا q. v. Cf. Tychs. gr. p. 93. n. 7. et p. 61. n. 1.

68) عَلَيْهِ necesse erat adderetur, quia حِقْد itemque eius nomen actionis obiectum, ad quod spectat odium, particula علي sibi adiungit; suffixum ه, cuius vocalis mutata est in Kesre secundum regulam apud Tychs. l. c. p. 175. no. 3., ad eundem illum pertinet, qui multus est in iocando. Idem cadit in بِهِ, quod sequitur.

69) Secundum analysin grammaticalem (إِعْرَاب), quam sequi solent indigenae doctores, universa sententia propositionem *nominalem* (جُمْلَةٌ إِسْمِيَّةٌ) constituit, quia attributum (ٱلْمُسْنَدُ *quod fulcitur*) non verbo, sed nomine agente cum complemento suo continetur. Inchoativus (ٱلْمُبْتَدَأُ) eius, una voce ٱلْحَاسِدُ constans, articulo definitus est, enunciativus (خَبَر) vero, pluribus vocabulis comprehensus, pro vulgari ratione est indefinitus.

شَفِيعًا (70 بِالظَّفَرِ كَفَى 53		پسندده است بظفر شفيع
لِلْمُذْنِبِ *		كناه را *
فِيمَا سَاعٍ (71 رُبَّ 54		بسا سعى كننده در آنچه
يَضُرُّهُ (71 *		زيان دارد اورا *

---

70) Accusativus شَفِيعًا pro illo usu linguae arabicae exhibitus est, quo fere adverbii locum tenet ad definiendum accuratius aut subiectum aut attributum. Etenim significationi *verbi neutrius* كَفَى, in quo primum attributum continetur vocabuli ظَفَرٍ, addito شَفِيعًا secundarium aliquod accedit, quod possis resolvere in حَيْثُ أَنَّهُ شَفِيعٌ *ita ut sit intercessor.* de Sacy gr. II. p. 76. Princip. de gram. général. p. 214. s. — Ewald. gr. II. p. 46. 47.

71) سَاعٍ est particip. coniugationis primae a سَعَى, loco سَاعِيٍ, secundum regulam apud Tychsen. gr. §. 22. no. 6. Genitivus pendet ab antecedenti particula رُبَّ; ea enim primitus substantivum non nisi genitivo nominis, statim secuturi et indefiniti praeponitur. Tychs. gr. §. 98. 4. Ewald. gr. I. p. 355. not. 3. de Sacy gr. I. p. 499. s.

Formula مَنْ لَا ذَنْبَ لَهُ secundum regulam, in nota 40. propositam explicatius sonaret مَنْ s. مَنْ لَا كَانَ لَهُ شَيْءٌ ذَنْبًا ذَنْبٍ, eaque tota unam notionem insontis exprimens, antecedentis particulae عَلَى gratia, genitivum regentis (حَرْفُ ٱلْجَرِّ) grammatice in genitivo (مَجْرُورٌ مَحَلًّا) accipienda est. — Verbo, unde ducendum est مُغْتَاظٌ, quippe intransitivo, complementum non in accusativo, sed ope praepositionis عَلَى adiungitur, id quod dicunt يَتَعَدَّى إِلَى مَفْعُولِهِ بِحَرْفِ جَرٍّ *transit* verbum *ad complementum suum ope praepositionis* de Sacy gr. II. p. 545. not. 1., ipsum autem complementum e praepositione et nomine compositum nuncupant جَارٌّ وَمَجْرُورٌ *id quod regit genitivum et in genitivo positum est.* ibid. p. 112. 591.

تکبیه s)مکن بر آرزو بدرستی	٥٥ لَا (73 تَتَّكِلْ عَلَى (74 اَلْمُنَى
که آن u) بضاعتها	فَإِنَّهَا (75 بَضَائِعُ
احمقانست t)*	اَلنَّوْكَي *
نومیدی ازاد ایست وامیدی	٥٤ اَلْيَأْسُ حُرٌّ وَالرَّجَاءُ
بنده u)کیست *	عَبْدٌ (76 *

s) Imperat. a كردن cum particula negativa. Wilk. p. 62. n. 133. Poss. p. 76. — t) Nomini ex arabico sermone recepto adiecta est persica terminatio pluralis, maxime in rebus inanimatis usitata. Wilk. p. 11. n. 31. Item in sequenti احمقان plur. ab أَحْمَقُ. u) Contract. ex كه et است Wilk. p. 31. n. 82. Poss. p. 66. —

72) Suffixum هُ, quod postulat constructio verbi ضَرَّ cum accusativo personae, referendum est ad multos istos nocivarum rerum appetitores, ita ut facile exspectaveris pluralem هُمْ. Attamen rectius, si verba non sensum consideras, Singularis habet.

73) Fut. apocop. coniugationis 8. a verbo وَكَلَ (vid. Tychs. gr. §. 28. 3. c. et §. 56. 8.) post لَا sequitur, quia hac sola ratione, imperativus negativus exprimi potest. Tychs. l. c. p. 65.

74) اَلْمُنَى est pluralis fractus pro اَلْمُنَيِ formae primae a Singulari مُنْيَةٌ vid. Tychs. gr. p. 136. 1., cui ob ى in fine vocis, antecedente Fatha, vocalis Kesre ademta est. ibid. §. 22. 4. Construuntur autem plurales fracti propter abstractam collectivorum notionem, quam habent, tanquam si essent generis feminini Ewald. gr. I. p. 180. s.; quocirca in nostro exemplo sequitur فَإِنَّهَا, feminino هَا relato ad اَلْمُنَى.

75) بَضَائِعُ sic enim rectius quam بِضَائِعُ, ut in codice meo legitur, est plur. fr. formae decimae septimae a بِضَاعَةٌ vid. Tychs. gr. §. 81. no. 17.; item نَوْكَى

٥٧ ظَنُّ ٱلْعَاقِلِ كَهَانَةٌ * — گمان بردن خردمند اختر گوی ایست *

٥٨ مَنْ نَظَرَ ٱعْتَبَرَ [77] * — هر که نیگریست اعتبار گرفت *

٥٩ ٱلْعَدَاوَةُ شُغْلٌ بِلَا نَفْعٍ * — دشمنی کاریست [v]

٦٠ ٱلْقَلْبُ [78] إِذَا أُكْرِهَ عَمِيَ * — دل چون کراهیست [x] باید کور شود *

٦١ ٱلْأَدَبُ صُورَةُ ٱلْعَقْلِ [79] * — ادب نشان خرد است *

---

v) Cetera in codice mspto. desunt. — x) Verbum impersonale, de cuius forma et constructione conf. Wilk. p. 78. n. 172. —

---

plur. fr. formae vicesimae secundae ab أَنْوَكُ, quod vide sub rad. نَوِكَ.

76) Quod nostri grammatici observant, ٱلْمُبْتَدَأُ *inchoativum* plerumque esse nomen determinatum, ٱلْخَبَرُ *enunciativum* vero vel nomen vel adiectivum indefinitum, hoc exemplo comprobatum vides.

77) Eadem sententia, paulisper mutata, et aliis dictis adaucta, occurrit in van Waenen. editione p. 56. n. 38: ٱلْعَاقِلُ إِذَا سَكَتَ فَكَّرَ وَإِذَا نَطَقَ ذَكَرَ وَإِذَا نَظَرَ ٱعْتَبَرَ, neque abludit quae exstat in Herbin Développem. des princip. de langue arab. moderne. pag. 202.: لِكُلِّ نَاجِمٍ أُفُولٌ

78) Particula إِنْ, quae solet verbum praeteritum referre ad tempus futurum, si posita est, ut in hoc exemplo, ab initio duarum propositionum correlativarum, in quibus utrumque verbum est in praeterito, iis sensum vel futuri vel praesentis indefiniti attribuit. de Sacy gr. I. p. 172.

79) Legitur idem dictum in Proverb. arab. centur. II. ed. Scaliger et Erpenius. p. 56. no. LXXXII., ad quod prior annotat: „Prudentia est ipsum archetypum, disciplina exemplar", minus apte, ut videtur, quam quae posterior disputat: „أَدَبٌ *eruditionem* quidem etiam significat, sed proprie *bonos mores*, ut verbum *docere*

نيست شرم مرد حريص را * ٤٢ لا حَيَاءَ لِحَرِيصٍ (80) *

هر (y) كرا شرم باشد همه (z) زيراو . ٤٣ مَنْ لَانَتْ أَسَافِلُهُ صَلُبَتْ

سخت باشد همه بالاى او * أَعَالِيهُ (81) *

هر كه دررفته در كونسته او ٤٤ مَنْ (82) أُوتِيَ فِي (83) عِجَانِهِ

---

y) Dativum habes pronominis relativi هر كه. Wilk. p. 30. n. 77. — z) De Elif pronominis tertiae personae omisso videatur Wilk. p. 25. n. 62. Scriptionem cum Hamza exhibet codex noster. —

---

mores, et عَقْلٌ est *intellectus*, unde, me iudice, melius haec sententia vertatur: „*boni mores imago sunt intellectus*" et Casaubonus: „Ut animi duae praecipuae sunt partes, sic sapientiae duo membra ἡ θεωρετικὴ et ἡ πραγματικὴ, quae multis nominibus invicem sunt separatae. Ait tamen auctor proverbii: prout fuerint alicuius mores, qui ad voluntatem pertinent, posse de eius intellectu coniecturam fieri."

80) Male Ockley ad calcem libri sui *Die Geschichte der Saracen.* Vol. II. p. 522. no. 104. vertit: „*Ein Geiziger lebet nicht.*"

81) أَعَالِي est plur. fract. a comparativo أَعْلَى, ut أَسَافِلُ ab أَسْفَلُ. Sequuntur autem comparativi tum maxime hanc nominum quadrilitterorum formationem, cum ut hic loci substantivorum vices agunt. Tychs. gr. §. 82. no. 2. Verba nominibus pluralibus in feminino et singulari adiecta sunt secundum regulam in nota 73. laudatam. — Accusativos أَسَافِلَهُ et أَعَالِيَهُ, in codice meo perscriptos, quum equidem non viderim, quo pacto defendi possent, mutavi in nominativos.

82) أُوتِيَ secundum regulam apud Tychs. gr. §. 20. no. 7. scriptum est pro أُؤْتِيَ, quod derives a verba hamzato et defectivo أَتَى; ibid. p. 100. no. 4. —

83) Ita in codice clare exaratum est. Maluissem ego quidem propter tetram obscoenitatem, quam nolite per pudorem ve-

قَلَّ ⁸⁴⁾ حَيَاؤُهُ وَبَذُوَ لِسَانُهُ *	اندک باشد شرم او بد باشد زبان او *
٤٥ اَلسَّعِيدُ مَنْ وُعِظَ بِغَيْرِهِ *	نیکبخت انکس است پند ᵃ⁾گیرد جز او *
٤٤ اَلْحِكْمَةُ ضَالَّةُ اَلْمُؤْمِنِ ⁸⁵⁾ *	حکمت گم شده مومن است *

a) کم قتن Wilk. p. 74. n. 160. Poss. p. 84. —

strum investigare, iuvenes, aliud quodve a verbo عَجِبَ derivatum legere; sed cum mihi per criseos leges potestas non sit concessa, coniecturis quae displiceant, tollere, intactus maneat textus.

84) De وُ propter adiectum Dhamma loco أ cum in حَيَاؤُهُ, tum in بَذُوَ scripto cf. Tychs. gr. §. 20. no. 1. et 3. — Ibidem §. 119. no. 2. docetur, verbum, quod antecedit subiectum, ut قَلَّ ante حَيَاءٌ, in masculino efferri posse, quamquam nomen secundum formam grammaticalem sit feminini generis. Ad feminina autem propter ipsam formam referendum esse حَيَاءٌ docet Tychs. gram. §. 78. no. 2. b.

85) Obscurius dictum, attamen et defensum quoad verba, et explicatum quoad sensum duabus simillimis sententiis, quae leguntur in van Waenii editione p. 56. sent. 40. اَلْحِكْمَةُ ضَالَّةُ كُلِّ مُؤْمِنٍ فَخُذُوهَا وَلَوْ مِنْ أَفْوَاهِ اَلْمُنَافِقِينَ et p. 82. sent. 223. ضَالَّةُ اَلْعَاقِلِ اَلْحِكْمَةُ يَطْلُبُهَا حَيْثُ كَانَتْ. — Patet hinc, ter-

الشَّرُّ جَامِعٌ 86) لِمَسَاوِي الْعُيُوبِ *	٤٧	بدى بهم آورنده است زشتيهاى عيبها *
كَثْرَةُ الْوِفَاقِ نِفَاقٌ وَكَثْرَةُ الْخِلَافِ شِقَاقٌ 87) *	٤٨	بسيار دوستى نفاق است بسيارى خلاف شقاق *
رُبَّ أَمَلٍ 88) خَائِبٍ *	٤٩	بسا اميدى كه بنوميدى كنند
وَرُبَّ عَامِلٍ ضَائِعٍ *	٧٠	بسا b)
رُبَّ رَجَآءٍ 89) يُؤَدِّي إِلَى الْحِرْمَانِ *	٧١	بسا اميدى كه ادا كند به بى روزى *

b) Reliqua in codice desunt. —

tium quod vocant comparationis inter sapientiam et amissum animal solum in cura et studio, quo quaerendum et captandum sit utrumque, latere. Adamare autem huiusmodi comparationem gnomologos arabicos, cognoscitur e sententia, quae est apud v. Waenen. p. 90. ducentesima octogesima septima: عَجِبْتُ لِمَنْ يَنْشُدُ ضَالَّتَهُ وَقَدْ أَضَلَّ نَفْسَهُ وَلَا يَطْلُبُهَا.

86) مَسَاوِي pro مَسَاوِئ est pluralis fractus nominis quadrilitteri مَسَاءَةٌ vid. Tychs. gr. §. 82. n. 3. item عُيُوبٌ ab عَيْبٌ Tychs. l. c. §. 81.

87) Ne praetermittas in hoc et sequenti dicto multiplicem iucundamque litterarum ac syllabarum allusionem, qua nihil gratius orientalium aures personat.

88) In codice خَائِبٌ legitur, aperte falsum. — Adiectivum non est praedicatum propositionis, sed epitheton ad أَمَلٍ; verbum substantivum deest ut in simili exemplo, quod in alium finem laudat de Sacy gr. II. p. 139. ex Alfiyya Ebn-Ma-

٧٢ رُبَّ [90]أَرْبَاحٍ يُؤَدِّي إِلَى ٱلْخُسْرَانِ *
بسا سودی كه ادا كند بزيان [c)]كارى *

٧٣ رُبَّ طَمَعٍ كَاذِبٍ *
بسا طمع كه دروغ باشد *

٧٤ ٱلْبَغْيُ سَائِقٌ إِلَى [91]ٱلْحَيْنِ *
ستم كردن [d)]رانيده است بسوى هلاك *

٧٥ فِي كُلِّ [92]جُرْعَةٍ شَرْقَةٌ وَمَعَ كُلِّ [93]أَكْلَةٍ غُصَّةٌ
در هر آشاميدنی در گلو گرفتنيست وبا هر خورشى غصت ايست

---

c) كار cui abstracti terminatio ى addita est, quid efficiat in compositionibus, docet Wilk. p. 93. n. 225. — *d)* Ex auctoritate huius formae in Vocabulario exhibuimus verbum رانيدن, quod in aliis lexicis non comparet. —

---

leci vers. 390. — Ceterum alia sententia ad eundem Ali tanquam auctorem relata, quae est in collectione a Lettio Caab ben Zoheir carmini adiecta p. 91. lit. ط pari modo امل et عمل sibi invicem opponit: طاعة الامل تفسد العمل.

89) يُؤَدِّي fut. coniugat. secundae a verbo dupliciter imperfecto أَدَى, vid. Tychs. gr. p. 77. et 98.

90) أَرْبَاح plur. fract. formae decimae quartae a رِبْح Tychs. gr. p. 141.

91) ٱلْحِين quod in codice manuscripto legitur, apertum mendum est. — Sensum dicti in verbis mutatum reddunt duo alia apud van Waenen. l. c. p. 24. no 157; ظُلْمُ ٱلْمَرْءِ يَصْرَعُهُ *iniustitia viri prosternet eum* et no. 160: ظُلْمُ ٱلظَّالِمِ يَقُودُهُ إِلَى ٱلْهَلَاكِ *iniustitia tyranni eum ad interitum ducet.*

92) Vide ne كُلّ habeas pro adiectivo, reapse enim nomen est *universitas* Tychs. gr. §. 98. n. 1. b., ita ut hoc membrum

وَمَنْ كَثُرَ ⁹⁴⁾فِكْرُهُ فِى ⁹⁵⁾ٱلْعَوَاقِبِ لَمْ يَشْجُعْ⁹⁶⁾ *

هر كه بسيار باشد انديشه او
درعواقب ^e⁾كارها شجاع نباشد *

٧٤ إِذَا ⁹⁷⁾حَلَّتِ ٱلْمَقَادِيرُ
ضَلَّتِ ٱلتَّدَابِيرُ *

چون فرود آيد تقدير خداى عزّ وجلّ
كم شود تدبيراء مردان *

---

e) Mederi hac ratione volui mendosae, quae est textus, lectioni كاركا. —

---

ad verbum reddendum esset: *in der Allheit eines einzelnen Schlucks* i. e. *in (allem) jedem einzelnen Schluck — ein Erstickungsruck.* — Relatio inter كُلِّ et جُرْعَةٍ a grammaticis arabicis vocatur إِضَافَةٌ *adiunctio*, nomen كُلّ *annexum* أَلْمُضَافُ, nomen vero additum, quo generalis notio antecedentis nominis restringitur magis et terminatur, جُرْعَةٍ, appellatur أَلْمُضَافُ إِلَيْهِ *cui annexum est.* de Sacy gr. I. p. 413. s. II. p. 47. — Suavis quae est posteriorum verborum in sono litterarum concordantia diversitate numationis (in codice شُرْقَةٍ vitiose scriptum est) non tollitur, cum vocalis in fine شُرْقَةٌ, quippe in pausa (وَقْفٌ) positi, non pronuncietur. de Sacy gr. I. p. 38. 75.

93) Coniiciat fortasse aliquis propter gratiorem convenientiam cum vocalibus sequentis vocis: أُكْلَةٌ, *buccella, crustulum;* sed codex manuscriptus lectionem textus, antecedenti جُرْعَةٍ longe aptiorem, clare exhibet.

94) Suffixum ـهُ est أَلضَّمِيرُ ٱلْعَائِدُ *pronomen reducens* animum ad مَنْ antecedens.

95) عَوَاقِبُ est plural. fractus formae decimae sextae ab عَاقِبَةٌ, Tychs. gr. p. 141.

96) Huius dicti, fortissimo animo digni, eam partem, quae hominem quovis momento morti occumbere posse affirmat, nec rectius nec brevius facile exponeres, quam verbis alius sententiae, a v. Waenen. l. c. p. 94. n. 323. allatae: فِي كُلِّ نَفْسِهِ

E

چون فرود آید تقدیر خدای عزّ وجلّ ۷۷ إِذَا حَلَّ ٱلْقَدَرُ
باطل شود حذر از ان * بَطَلَ ٱلْحَذَرُ [e] *

نیکوی کردن ببرد زبان ۷۸ ٱلْإِحْسَانُ يَقْطَعُ
بدگوی را * ٱللِّسَانَ [f] *

---

f) Participii forma apocopata a گفتن, in compositionibus usitata. Wilk. p. 40. n. 115. —

مَوْتٌ فِى كُلِّ وَقْتٍ قَوْتٌ, si modo recte haberet, quae addita ab eo est versio: *omnis anima morti exposita est, quae instat omni tempore.*

97) De verbis حَلَّتْ et ضَلَّتْ, propter articulum sequentem Kesre coniunctivo munitis, in Singulari et genere feminino copulatis cum plurali fracto nominum مَقْدُورٌ (Tychs. gram. p. 148. no. 7.) et تَدْبِيرٌ (ibid. p. 147. no. 4.) videatur Tychs. l. c. p. 242. n. 4. — Gemino rhythmo et sensu elegans proverbium.

98) Satis constat, summam Dei potentiam immutabilemque in decretis suis constantiam apud Muhammedicae religionis sectatores istam genuisse de fato ac saeva necessitate persuasionem, quae hac et antecedenti sententia continetur, praeterque multos alios etiam a poeta, citato a Relando de Relig. Muhamm. p. 62., his verbis describitur:

فما كان مكتوب عليك
فكاينا
وما لك مكتوب فليس
يفوت
فسلم واعلم ان ربك قادر
قضاياه تجرى والعباد
سكوت

„*quodcunque scriptum est contra te, fiet, et quod pro te scriptum est, neque illud praeteribit;*
trade itaque te Deo et scito Dominum tuum potentem esse,
decreta eius certo procedunt, et tacere debent servi.“

99) Non recte Tychsenius in gramm. p. 25. no. 2. b. praecipere videtur, ل arti-

٧٩ ٱلشَّرَفُ بِٱلْفَضْلِ وَٱلْأَدَبِ
لَا بِٱلْأَصْلِ وَٱلنَّسَبِ 100) *

بزرگی بعلم است وادب
نه باصل وحسب *

٨٠ أَكْرَمُ 101) ٱلْأَدَبِ حُسْنُ
ٱلْخُلْقِ *

گرامی ترین ادب نیکوی
خوی است *

٨١ أَكْرَمُ ٱلنَّسَبِ حُسْنُ
ٱلْأَدَبِ *

بزرگتر نسب نیکوی
ادب *

٨٢ أَفْقَرُ ٱلْفَقْرِ ٱلْحُمْقُ *

بزرگترین درویشی ابلهی است *

٨٣ أَوْحَشُ ٱلْوَحْشَةِ
ٱلْعُجْبُ 102) *

گریزانندهتر وحشتها g)
عجب بود *

---

g) Comparativi terminatio تر cum plurali sequentis nominis superlativum exprimens, adiecta est participio praesentis verbi causativi (cf. Wilk. p. 91. n. 221.) گریزاننده, derivati a گریز *fuga*. —

---

culi, si vocabulo a littera ل incipienti praeponeretur, semper in scribendo omitti, id enim hac ipsa scriptione codicis nostri reprobatur, et rectius a de Sacyo gr. I. p. 54. modo *nonnunquam* fieri docetur. — Sensum dicti explicabunt, quae in Glossario s. v. لسانٌ notata sunt.

100) Consentit Eurip. in Dictys. edit. Barnes. 35.

Εἰς δ' εὐγένειαν, ὀλίγ' ἔχω φράσαι καλά.
Ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνήρ,
Ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς,
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ. —
Ceterum notanda paronomasia inter فَضْلٌ et أَصْلٌ, quae saepius captata est vid. v. Waenen. l. c. p. 223.

101) Adiectivum formae elativae s. comparativae in hoc et sequentibus exemplis su-

۸۴ أَغْنَى ٱلْغِنَى[103] ٱلْعَقْلُ * — بزرگترین توانگران خرد است *

۸۵ ٱلطَّامِعُ[104] فِى وِثَاقِ ٱلذُّلِّ * — طمع کننده در وثاق خواریست *

۸۶ أَحْذَرُوا نِفَارَ[105] ٱلنِّعَمِ فَمَا كُلُّ شَارِدٍ[106] بِمَرْدُودٍ * — حذر کنید از رمیدن نعمتها که نه در هر رمنده باز کردن *

---

perlativum denotat, quippe nomini sequenti statu constructo adiunctum Tychs. gram. p. 216. no. 2. Articulus, qui renuente quidem Ewaldio gram. II. p. 23., probante autem de Sacyo gr. II. 302. 303., nominibus adiectus est, accuratius comparationem cum universa notione, quae nomini est, designat.

102) Haud ineptam censebis comparationem, in hac sententia propositam, cum vanorum quorundam ingeniorum iactationem memineris, quae nil nisi suam gloriolam et admirationem captantia, alienae praestantiae impatientia, omnes, quibus adulandi vel animus vel ratio deest, longissime a se removent ac propellunt.

103) أَغْنَى pro أَغْنَىُ (vid. Ewald. gr. I. p. 54. 55.) est comparat. a غَنِىَ. Sententia fere congruit cum Paradoxo VI. Ciceronis: ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

104) Quae vulgaris est verbi طَمِعَ cum فِى rei quaesitae constructio, facile in errorem inducere possit, ut verba inde a فِى sequentia pro complemento et epitheto vocabuli ٱلطَّامِعُ habeas. Quo facto solum subiectum adesset, unum quidem sive *simplex*, sed *complexum*, ut vocat de Sacy gr. II. p. 5. 6., quia generalior nominis notio additamentis definitior reddita esset; altera autem eademque necessaria pars propositionis, attributum puta, prorsus deesset. de Sacy l. c. p. 101. ss. 109. Qua de causa facile suspiceris, اِسْنَادٌ *relationem subiecti et attributi* locum habere, de Sacy l. c. p. 96., ac rectius subiectum propositionis (مُسْنَدٌ) unum illud ٱلطَّامِعُ, cetera autem (مُسْنَدٌ إِلَيْهِ) praedicatum constituere, quod potuisset vel verbo substantivo, vel هُوَ, ut

أَكْثَرُ مَصَارِعِ ٱلْعُقُولِ	٨٧ پیشتر افتادن عقلها زیر
تَحْتَ بُرُوقِ (107 ٱلْمَطَامِعِ *	برقهاء طمعها است *
مَنْ (108 أَبْدَى صَفْحَتَهُ	٨٨ هر كه بگرداند روی خودرا
لِلْحَقِّ مَلَكَ	با حقّ سلطان شود h)
وَمَنْ أَعْرَضَ عَنِ ٱلْحَقِّ	
هَلَكَ *	

h) Reliqua desunt. —

ضَمِيرُ ٱلْفَصْلِ s. حَرْفٌ *particula s. pronomine separationis* (inter subiectum et attributum definitum) interposito, cum illo copulari.

105) نِعَمٌ est plur. fract. formae quartae a نِعْمَةٌ Tychs. gr. p. 138.

106) بِ hoc loco attributo, alias in accusativo efferendo, praepositum est propter antecedens مَا; hic enim frequens est eius usus in propositionibus negativis, raro etiam in affirmativis. de Sacy gr. I. p. 471. II. 414. 563. Vide etiam van Waenen l. c. p. 230.

107) Sic correxit is, qui persicam versionem adscripsit, mendosam lectionem textus: ٱلْأَطْمَعِ, fortasse scribae vitio ex ٱلْأَطْمَاعِ ortam. — Vix autem aliam invenies sententiam, qua malefactorum ac turpissimorum facinorum prima origo cum verius tum elegantius fuerit exposita. Hic enim diuturniori vetitarum rerum contemplatione, cupiditatem earum rapiendarum ali sobriumque rationis iudicium pari modo turbari et corrumpi, docetur, ac fulgurum splendor corporis oculos praestringat; ita ut non male dicantur ipsae illae res optatae, exempli gratia aureolorum gratus conspectus, in animos contemplantium inferre sua fulmina. Idem a feminis verendum, quapropter sapienter monetur: „*Ne aperias fenestras* (sensus tuos) *ante arcum angelorum*" in *Proverb. arab. centur. duae* ed. Erpen. p. 34.

چون درویش ⁱ⁾شوید بازرگانی کنید با خدای تعالی بصدقه دادن *

٨٩ إِذَا أَمْلَقْتُمْ فَتَاجِرُوا ⁽¹⁰⁹⁾ٱللَّهَ بِٱلصَّدَقَةِ *

---

i) Ita equidem mutavi شون, quod in codice mspto. exstat. —

---

108) أَبْدَى derivandum est a بَدَا in Elif loco Vav exeunte; quippe quod Elif solum in radicibus trilitteris admittatur, in plurilitteris autem Ja scribatur. Tychs. gr. §. 21. n. 4. — De Kesre coniunctivo in عَنِ cf. ibid. p. 28. 1. et de Sacy gr. I. p. 68. fin. 2°.

109) Sic equidem e coniectura correxi textus lectionem فَتَاجِرُوا للّٰه, aperte falsam. Tertia coniugatio verbi تَجَرَ, quam adoptavi, in lexicis non comparet quidem, sed probatur significatio eius, in Glossario statuta, cum alio dicto ad calcem libri Caab ben Zoheir ed. a Lettio p. 90. s. lit. ت, tum analogia cognatorum verborum e. c. بَايَعَ *stipulatus, pactus fuit* (cum alio) *vendendo emèndo.* Cadit in hoc verbum, ut in multa alia, tertiam coniugationem obiectum sibi adiungere casu accusativi, quod in prima ope alicuius particulae cum eo copularetur. Vide de Sacy gr. I. p. 133. — Quoad sensum propinquae sunt plures sententiae in collectionibus van Waenen. p. 4. sent. 14. بَرَكَةُ ٱلْمَالِ فِى أَدَآءِ ٱلزَّكَوةِ *augentur opes liberaliter factis eleemosynis* (cf. Schult. ad Elnawabig. p. 118.), p. 80. s. 211. صَدَقَةُ ٱلسِّرِّ مَثْرَاةٌ فِى ٱلْمَالِ *occulta eleemosyna multiplicatrix opum*, in Apophthegm. Ebraeor. ac Arab. per Drusium p. 34. s. 40: *Da decimas, ut dives fias*, ibid. p. 84. sent. 238. 240., neque abludit exemplum a de Sacyo gr. II. p. 108. citatum. Satis quidem constat, quanti faciant Islamismi sectatores eleemosynas, haberique in summis apud eos officiis, opes suas piis usibus erogare; at vero memorabile videtur, eosdem beneficientiam cum negotiatione Deum inter et benefactorem comparare, ex qua ad eum, qui impenderit, aliquid lucri redundet, sive ut affirmatur in loco apud Lettium, supra laudato: تَاجِرِ ٱللَّهَ تَرْبَحْ *negotians cum Deo lucraberis* et apud van Waenen. l. c. p. 138. sent. 40. لَا تِجَارَةَ كَٱلْعَمَلِ ٱلصَّالِحِ *nulla mercatura*

چون ᵃ) برسند بشما كنارها نعمتها نبايد كريخته مانند دورتر آنرا باندكى شكر *

٩٠ إِذَا ¹¹⁰⁾ وَصَلَتْ ¹¹¹⁾ إِلَيْكُمْ أَطْرَافُ ٱلنِّعَمِ فَلَا ¹¹²⁾ تُنَفِّرُوا ¹¹³⁾ أَقْصَاهَا بِقِلَّةِ ٱلشُّكْرِ ¹¹⁴⁾ *

---

k) رسيدن. —

(quaestuosa est) *ut bonum opus.* Senties in his, ut passim in Korano 2, 15. (ed. Hinck.), originem ducere Islamismum a mercatore, vel cum Deo suo negotiante.

110) Praeteritum وَصَلَتْ propter antecedentem particulam إِذَا vertendum esset aut in futuro, aut in praesenti indefinito; sed cum verbum secundae propositionis in futuro vel imperativo efferatur, quod etiam rem futuram indicat, praeteritum illud reddi debet per futurum exactum: *quando ad vos pervenerint.* de Sacy gr. I. p. 173.

111) De ى particulae إِلَى, accedente pronomine, non amplius quiescente videatur Tychs. gr. p. 174. n. 10.

112) Futurum apocopatum تُنَفِّرُوا a لَا prohibitivo pendet exprimitque imperativum negativum.

113) أَقْصَاهَا est forma elativa adiectivi قَصِىٌّ, ex أَقْصَىُ secundum regulam in Tychs. gr. §. 22. quartam decurtata in أَقْصَى, quod accedente suffixo scribere licet أَقْصَا Tychs. p. 174. n. 9., et superlativum exprimit. Suffixum feminin. هَا refer ad pluralem fractum نِعَمٌ.

114) Sensum dicti nonnihil obscurioris tum modo recte capies, cum ad discrimen inter أَطْرَافٌ et أَقْصَى animum attendis. Utrumque vocabulum verti quidem potest per *extremum*, sed sensu diverso. أَقْصَى adhibetur ad summum gradum vel etiam praestantiam cuiuslibet rei designandam, convenit fere cum غَايَةٌ vid. Koseg. Chrest. p. 19. et van Waenen l. c.

91 مَنْ لَانَ عُودُهُ كَثُفَتْ أَغْصَانُهُ (115 *	هر كه نرم باشد كشن شد شاخهاء او *
92 قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ فِي فِيهِ (116 *	دل ابله در دهن اوست *
93 لِسَانُ ٱلْعَاقِلِ فِي قَلْبِهِ (117 *	زبان خردمند در دل اوست *

---

p. 312., diciturque iis de rebus, quae sunt in suo genere eminentiores, quibus nihil superius est, sive ut explicatur in de Sacyi commentario ad Harir. consess. 1. p. 19. لَا رُتْبَةَ بَعْدَهُ. Itaque in Kosegartenii Chrest. p. 88. أَقْصَاكُمْ وَأَدْنَاكُمْ sibi opponuntur. — أَطْرَافُ autem sunt extrema labra e. c. pratorum, in quibus magis contritae ac tenuiores herbae esse solent. Idcirco أَطْرَافُ ٱلنِّعَمِ sunt beneficia minoris pretii ac momenti, pro quibus nihilominus gratiae agendae sunt, ne maiora i. e. أَقْصَى ٱلنِّعَمِ posthac deficiant.

115) In codice scriptum est كَثَفَتْ contra omnium lexicorum etiam Kamusi auctoritatem. In margine adiicitur كثر تسنح. Conferri cum nostro dicto possunt imagines istae, in SS. saepius obviae, quibus homines cum arboribus comparantur, ita ut harum vigor ramique patuli significent largam opum, familiae, patronorum ac ceterorum fortunae praesidiorum copiam Ps. 1, 3. Iob. 15, 32. Genes. 49, 22. בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי־שׁוּר *filius* (surculus) *arboris fructiferae* (est) *Iosephus*, (cuius) *filiae* (propagines luxuriantes) *superscandunt murum.* Istic longiores, hic spissiores rami imaginem faustioris fortunae exhibent.

116) فِيهِ est forma genitivi cum suffixo tertiae personae a فُوهٌ, cuius loco فَمٌ (et فُمٌ cf. chald. פֻּם) percrebuit, quod vide. Tychs. gr. p. 161. de Sacy gr. I. p. 417. Ewald. gr. I. p. 319. 320.

117) Cf. Sap. Sirac. 21, 26. Ἐν στό-

هر كه *) برود در عنان اميد خود	٩۴	مَنْ جَرَى فِى عِنَانِ أَمَلِهِ
سبر در آيد باجل خويش *		عَثَرَ بِأَجَلِهِ ¹¹⁸⁾ *
چون قادر شدى بر دشمنى خود	٩٥	إِذَا قَدَرْتَ عَلَى عَدُوٍّ
بس كن عفورا ازو شكر		فَاجْعَلِ ٱلْعَفْوَ عَنْهُ
قدرة برو *		شُكْرًا لِلْقُدْرَةِ عَلَيْهِ * ¹¹⁹⁾

l) رفتن. Wilk. p. 74. n. 159. —

ματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν, καρδία δὲ σοφῶν στόμα αὐτῶν. Proverb. 14, 33. 29, 11.

118) Differunt a nostra quae in verbis similes esse videntur sententiae, in van Waenen. edit. p. 90. n. 284. عِنْدَ حُضُورِ ٱلْآجَالِ ظُهُورُ خَيْبَةِ ٱلْآمَالِ *quando mors comparet, apparet spei frustratio*, et in Erpen. gr. p. 280. n. 16.

لَا تَخْرُجُ ٱلنَّفْسُ مِنَ ٱلْأَمَلِ
حَتَّى تَدْخُلَ فِى ٱلْأَجَلِ.

Etenim quod in nostra primarium est, de improviso repentinoque casu iis, qui vana spe nunquam non lactarentur, mortem supervenire, id in his silentio praetermittitur. — Ceterum mei codicis lectioni antehabeo eam, quam secutus Erpenius l. c. in nota, posteriorem partem huius sententiae expressit: قَدْ عَثَرَ فِى أَجَلِهِ, adiecta versione:

Dum quis forte spei laxatis currit habenis,
Ad fati metam caespitat ille sui. —

Comparatio ab habena ducta ad potestatem indicandam etiam in SS. occurrit, Iob. 30, 11., ad quem locum cf. Schultens.

119) شُكْرًا appositivus grammaticalis (لَفْظِىٌّ) oppositus logico (مَعْنَوِىٌّ) est ad antecedens ٱلْعَفْوَ عَنْهُ, quo *veniae datae* consilium ac finis accuratius definitur, pari ratione atque in verbis أَكَلْتُ ٱلرَّغِيفَ نِصْفَهُ *comedi panem, dimidium eius* نِصْفَهُ est تَابِعٌ

٩٦. مَا [120] أَضْمَرَ أَحَدٌ شَيْئًا — در دل نداشت یکی چیزرا
إِلَّا ظَهَرَ فِي فَلَتَاتِ — مگر پیدا شود در ناگاه گفتند
لِسَانِهِ وَصَفَحَاتِ وَجْهِهِ* — زبان او وکرانها روی او*
٩٧ أَللّٰهُمَّ أَغْفِرْ [121] رَمَزَاتِ — بار [m] خدایا بیامرز زدن

---

m) ا annexum est ut vocativi terminatio, minime poetis propria. Wilk. p. 16. n. 48. Poss. p. 39. Vocabulum proxime sequens est Imperat. ab آمرزیدن cum ب praefixo. Wilk. p. 62. n. 134. Poss. p. 76. fin. —

---

i. e. *appositivus* ad أَلرَّغِيفُ, quod vocant أَلْمَتْبُوعُ i. e. vox, *cui appositivus adiicitur.* Est autem شُكْرًا appositivus sive eius generis, quod *coniunctionem explicativam* عَطْفُ أَلْبَيَانِ, sive eius, quod *permutativum* بَدَلٌ i. e. in alius vocis locum substitutum dicunt. Hinc intelligis etiam, quapropter شُكْرًا in accusativo positum sit; quippe quod appositivi cum antecedenti vocabulo, ad quod pertinent, casibus congruere soleant. de Sacy gr. II. p. 284. 285. Breviter et suo modo rem tetigit Tychs. gr. p. 209. n. 6. — De Elifo articuli in لِلْغُدْرَةِ post ل omisso videatur ibid. p. 29. n. 3. — Ceterum vides ex nobili hoc dicto, quocum conveniunt alia apud v. Waen. l. c. p. 58. n. 52. p. 86. n. 255., etiam inter Moslemos sapientiores ab immani isto ac diro vindictae studio abhorruisse.

120) Egregie hoc exemplo comprobatur, quod observavit Beidhawi, celebris Korani interpres, citatus a de Sacyo gr. I. p. 516. n. 1., مَا cum praeterito negare rem brevi ante praeterlapsam.

121) Ne haereas in terminatione accusativi رَمَزَاتِ per Kesre, haec enim vocalis in plurali femininorum communis est casibus obliquis. Singularis est رَمْزَةٌ a quo si pluralis derivatur, loco Dschesm Fatha assumitur. Tychs. gram. p. 133. II. b.

الأَلْحَاظِ (122) وَسَقَطَاتِ	چشمها را بنگرستن وناپسندها
الأَلْفَاظِ وَشَهَوَاتِ الْجَنَانِ	لفظها وآرزوهاء دل وخطاها
وَهَفَوَاتِ اللِّسَانِ *	زبان *
٩٨ الْبَخِيلُ مُسْتَعْجِلٌ	مرد بخیل شتاب (n) خواهنده
بِالْفَقْرِ (123) — يَعِيشُ	است درویشی را زندگانی کند
فِي (124) الدُّنْيَا عَيْشَ	در دنیا همچو زیستن درویشان

n) خواستن Wilk. p. 77. n. 165. Poss. p. 83. —

---

122) Sic equidem e coniectura scripsi pro سَقَطَاتِ, quod in codice legitur, sed sensu caret. Teste enim Kamuso سَقَطَ cum derivatis in usu fuit de الْخَطَأِ فِي الْقَوْلِ errore haud data opera, vel etiam de peccato in loquendo commisso, ita ut non videam, quae sit alia vox contextui accommodatior. Neque abludit Persae ناپسندها *ingrata*, *indigna*, ea enim ipsa significatio cognatae radicis est سَخِطَ V. *ingratum habuit.*

123) Absolutam puto his verbis sententiam, quae in hac ipsa brevitate summam habeat παραδόξου elegantiam. Parum absunt „Turpis avarus quaerit et inventis miser abstinet ac timet uti," et quae Cicero Paradox. I. monet, „homines rebus (externis) circumfluentes ea tamen desiderare maxime, quibus abundarent. Neque enim expletur unquam nec statiatur cupiditatis sitis: neque solum ea qui habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu." — Reliqua verba in textu addita peculiare dictum constituunt, quod explicationis gratia adiectum, modo ex parte ad rem facit. Omissum autem est subiectum, quippe ab antecedenti haud diversum.

124) دُنْيَا sive دُنْيَى est femininum formae elativae أَدْنَى ab adiectivo دَنِيّ q. v. Tychs. gr. p. 131. 3.

وحساب كرده ᵃ)شود دران جهان	ٱلْفُقَرَآء ¹²⁵ وَيُحَاسَبُ فِى
همچون حساب توانگران *	ٱلْآخِرَةِ حِسَابَ ¹²⁶ ٱلْأَغْنِيَآء *
زبان خردمند پس رودل اوست *	٩٩ لِسَانُ ٱلْعَاقِلِ وَرَآءَ قَلْبِهِ *
دل ابله پس رو زبان	١٠٠ قَلْبُ ٱلْأَحْمَقِ وَرَآءَ
اوست *	لِسَانِهِ *

تمّ الكتاب

---

a) In codice legitur شوند, constructione a Singulari ad pluralem aberrante, quoniam in omnes sordidissimae notae homines cadit, quod sententia de uno eorum praedicat. —

---

125) ٱلْفُقَرَآء pluralis fract. est formae vicesimae a فَقِير. Tychs. gram. p. 143. — عَيْشَ in accusativo positum est, quia quaecunque praedicato proxime restringendo inserviunt, rationem eius, modum, tempus al. accuratius definientia, in accusativo subiungi possunt. Ewald. gr. II. p. 39. ss.

126) ٱلْأَغْنِيَآء est plur. fract. formae vicesimae primae a غَنِى. Tychs. gr. p. 143.

GLOSSARIUM

ARABICO-LATINUM.

COMPENDIA SCRIBENDI.

acc.	—	accusativus.
adv.	—	adverbium.
cc.	—	construitur cum.
ccap.	—	construitur cum accusativo personae.
ccar.	—	construitur cum accusativo rei.
c. إِلَى r.	—	construitur cum إِلَى rei.
compar.	—	comparativus.
fem.	—	femininum.
genit.	—	genitivus.
masc.	—	masculinum.
med. Ia.	—	media radicalis Ia.
med. Vav.	—	media radicalis Vav.
no. act.	—	nomen actionis.
no. ag.	—	nomen agens.
nomin.	—	nominativus.
pass.	—	passivum.
pers.	—	in persica versione.
pl.	—	pluralis.
pp.	—	participium passivum.
q. v.	—	quod vide.
stat. constr.	—	status constructus.

Nota. *Vocabula, quae nunatione carent, solum in persica versione leguntur.*

أَبٌ (אָב) pro أَبُو *pater*; stat. constr. nominat. أَبُو, genit. أَبِي, acc. أَبَا; plur. آبَاءٌ *patres, maiores*. 3.

أَتَى (אָתָה) fut. i. *venit*. IV. *fecit ut veniret vel reciperet, attulit, adduxit*; pass. أُوتِيَ et أُوتِيَ propr. *factus est ut acciperet*, c. فِي *recepit*. 64. Cf. de Sacy gr. II. p. 125. 126.

أَجَلَ (cognatae sunt radices גָּלַל *volvit*, et عَجَلَ ad tempus translatum *festinavit*) *terminum posuit*.

أَجَلٌ *terminus* temporis, maxime vitae, ut τελευτή, *fatalis meta*, sent. 94. Kor. 7, 35; *mors, finis*.

أَحَدٌ (אֶחָד) *unus, aliquis*. 46.

أَخٌ (אָח) pro أَخُو *frater, socius*; plur. إِخْوَانٌ *amici*. 8.

آخَرُ (אַחֵר) fem. ة *posterior, postremus*.

اَلْآخِرَةُ sc. ة اَلْحَيَاةُ *vita extrema, post mortem futura*. 98.

أَدَا et أَدَى cognatae videntur esse radici أَتَى (אָתָה) et primitivam significationem habere in *veniendo*, unde أَدَى c. عَلَى *supervenit alicui* in usum alius i. e. *opem tulit* et أَدَّى. II. *fecit ut perveniret, perduxit* c. إِلَى r., *misit, reddidit, persolvit*. 71.

أَدَا nom. act. *persolutio, praestatio*. — كردن *persolvere* c. بِهِ pretii. 71. pers.

أَدَبٌ (vicinae sunt radices יָטַב et טוֹב) *bonitas morum et doctrinae elegantia*, παιδεία, *Bildung, humanitas, eruditio*. 17. 79. al.

إِذَا (cognatum est אָז c. praeterito de re futura) *quum, quando*; tempus praeteritum, quod sequitur, ad rem futuram refert. 2. 76. al.

إِسْلَامٌ vide سَلَمَ.

إِسْمٌ vide سَمَا.

أَصْلٌ propr. *iunctura, connexio* spec. arboris cum tellure id est *radix*, metaphor. *stirps, origo*, maxime vetus et clara. 79. (unde אָצֵל nom. propr. 1 Paral. 8, 37. *nobilis*.)

إِعَانَةٌ vide عَانَ.

أَعْلَى vide عَلَى.

أُكْلَةٌ (אֲכִלָה) *una commestio, pastus unus, quo quis satiatur.* 75.

إِلَّا contract. ex لَا إِنْ (אִם לֹא) *nisi.* 96.

إِلَاهٌ et littera prolongativa (حَرْفُ ٱلْمَدِّ) superscripta, إِلٰهٌ (אֱלוֹהַּ) *numen, deus aliquis*, c. articul. أَللّٰهُ pro أَلْإِلٰهُ ὁ Θεός, *Deus verus.*

أَللّٰهُمَّ *o Deus!* in precibus; vid. Ewald. gr. I. p. 368.

إِلَى (אֱלֵי־ et אֶל־) praeposit. *ad, usque.* 11.

إِمْرَأٌ et إِمْرُؤٌ *vir.*

أَمَلٌ *spes.* 69. 94.

أَمِنَ (אָמַן) *firmus, tutus fuit, confisus fuit.* IV. *fidem habuit, credidit in Deum.*

مُؤْمِنٌ nom. ag. IV. *credens* (in Deum et Alcoranum); أَلْمُؤْمِنُونَ *Moslemi.* 66.

أَمِيرٌ *princeps, dux.*

إِنَّ (cognat. הִנֵּה) particula affirmativa cum accusativo nominis sequentis vel pronominis, *utique, sane, namque;* إِنَّهَا *ea enim.* 55.

إِنْسَانٌ (cf. אֱנוֹשׁ et אִישׁוֹן) *homo,* plur. نَاسٌ. 2.

أَوْ (אוֹ) sequente Elif unionis praeter articuli أَوِ *aut, vel, sive.* 10.

ب

بِ (בְּ) praepositio inseparabilis 1) *in* loci et temporis e. c. بِحَادِثٍ *in casu* i. e. tempore, quo casus adversus accidit 10., وُعِظَ بِغَيْرِهِ *monetur in alio, quam ipso* i. e. aliorum exemplo, non sua experientia 65; 2) in propositionibus negativis attributo praeponitur مَا كُلُّ شَارِدٍ بِمَرْدُودٍ *non omnis fugax restituitur* 86. 3) coniungit cum multis verbis nomen e. c. شَبَهَ بِهِ *similis ei fuit,* كَفَى بِٱلظَّفَرِ *es gnügt am Siege.* 53.

بُخْلٌ [cf. נַחֲלָה מְבֹחֶלֶת *opes avaritia partae* Prov. 20, 21. in Chethibh] *avarus.* 10. al.

بَدَا *apparuit, visum fuit c. a. r. et* لِ p. — IV. أَبْدَى *manifestum et conspicuum fecit, ostendit* quid alicui c. a. r. et لِ p. أَبْدَى لِي صَفْحَتَهُ *ostendit mihi latus suum,* non faciem, ut facile corripi posset, i. e. *potestatem sui mihi fecit;* metaphor. in sent. 88.

بَذُو (cognatum est בָּזָה *sprevit*) *obscoene et inhoneste locutus fuit.* 64.

بِرّ (בֹּר *puritas, innocentia*) *sinceritas, iustitia, humanitas, bonum opus, donum, amoris officium.* 9. 15.

بَرْق (בָּרָק) pl. بُرُوق *fulgur, splendor.* 87.

بَشِر *laetitiam percepit.* II. (בִּשֵּׂר) *laetum nuntium attulit, nuntiavit* c acc. et ب r., *praedicavit* c. acc. rei, persona non addita; sent. 10.

بشارت *laetus nuntius, annunciatio;* بشارت دادن *annunciare, praedicare.* 10. *pers.*

بِضَاعَة (בֶּצַע *lucrum*) *plur.* بَضَائِع *pars opum, quae in mercaturam impenditur, lucroque exponitur, Capital, mercimonium.* 55.

بَطَل (בָּטֵל *vacuus fuit*) *vanus, frustra et incassum fuit vel evasit.* 77.

بَاطِل *vanus.*

بَغَا ut hebr. בָּעָה primigeniam potestatem habet in *tumendo* ac *fervendo,* deinde translate *modum transgressus est, violentum se gessit.*

بَغْي *iniustitia, insolentia, vis iniqua.* 13. al.

بَلَا (בָּלָה *afflixit,* unde בְּלִי *pernicies*) *sollicitudine afflictus fuit.*

G

بَلَآء *afflictio, difficultas, calamitas.* 12.

بِلَا (בְּלֹא) compos. ex ب et لَا *sine, absque.* 59.

بَلِهَ (בָּלָה pi. *animum alicuius percutit*) *insipiens fuit.*

أَبْلَهُ *insipiens.* 92.

أَبْلَهِي pers. *insipientia, stultitia.* 82.

بَيْن (בֵּין) *intervallum* بَيْنَ praepos. *inter.* 37.

ت

تَجَر *mercaturam exercuit.* III. *mercaturam facere, negotiari* c. aliquo c. ﻙ a. p. تَاجِرُوا ٱللّٰهَ *mercaturam facite cum Deo.* 89.

تَحْت *pars inferior.*

تَحْتَ (תַּחַת) *sub, subter, infra.* 7. al.

تَرَكَ fut. o. *reliquit, missum fecit, destitit.*

تَرْك *relictio.* 28.

تَعِب (תָּעַב pi. *abominatus est*) *labore, molestia defatigatus fuit, se defatigavit.*

أَتْعَبُ compar. *molestior, difficilior, defatigantior* in sent. 42.

تَقَاضَا vide s. v. قَضَى.

تَلَفٌ (cf. תַּלְפִּי *exitialis* Gesen. lex. s. h. v.) *interitus*, *exitium*; ـــكرون *perire*. 10. *pers.*

تَمَّ (תָּמַם) fut. i. *perfectus*, *absolutus fuit*, *ad finem pervenit*, *defecit*. 38.

تَمَامٌ (תָּמִים) *integer*; *complementum*, *id quo aliquid completum fit* 12; *finis*. 38. *pers.*

تَابَ (שׁוּב) metaph. *convertit se peccator*.

تَوْبَةٌ *conversio a peccatis ad Deum*, *poenitentia*. 29.

ث

ثَنَى (latent in hac radice duae diversae שָׁנָה *iteravit* et תָּנָה pi. *celebravit*) II. *laudavit oratione*.

ثَنَاءٌ nom. act. *bona oratio*, *encomium*. 14.

ج

جُرْعَةٌ (vicinum est גָּרוֹן *guttur*) secundum formam suam proprie *quod guttur simul capere potest* (de Sacy gr. I. p. 307.), *sorbitio una et haustus aquae*, *id quod sorbetur*. 75.

جَرَى fut. i. *cucurrit*. 94.

جَزِعَ (cognatum est cum זוּעַ *commoveri*, *tremere*, unde זְוָעָה *terror*, *vexatio*, sed prorsus diversum a radice جَزَعَ *dissecuit* et omni radicum familia, quae in syllaba גז i. e. *secare* primigeniam formam ac significationem habet) *contritus et timore perculsus*, *tristis*, *impatiens fuit*.

جَزَعٌ *contritio*, *trepidatio*, *timor*, *impatientia*. 12. 42.

جَعَلَ fut. a. *posuit*, *fecit*, nonnunquam cum nominibus verba circumscribit e. c. جَعَلَ عَفْوًا عَنْهُ *fecit ei condonationem* pro *condonavit ei*. 95.

جَلَّ *illustris fuit*. 76. pers.

جَمَعَ (vicinum est עָמַם) *collegit*, *congregavit*.

جَامِعٌ nom. ag. *coniungens aliquid in se* c. لِ r. 67.

جَمِيلٌ *pulcher*, *decorus*, *elegans*; comparat. أَجْمَلُ. 30.

جَنَبَ *declinavit* c. عَنْ, *removit* (unde גָּנַב *furatus est*). VIII. *se removit*, *devitavit*, *aversatus fuit*. 18.

جَنَاحٌ *ala* avis. 39.

جَنَانٌ (derivat. a جَنَّ, גָּנַן *texit*) *occultatio*, *id quod in occulto est*, *cor*, *anima* (cf. Thren. 3, 65. מְגִנַּת־לֵב *tegumentum cordis* i. e. *pervicacia*.) 97.

جَهِلَ (vicinum est חָלַל stolidus fuit) *ignoravit* c. a. r. 34.

جَهْلٌ nom. act. *ignorantia*, *insipientia*. 31.

جَاهِلٌ nom. ag. *insipiens*, *stultus*. 41.

ح

حَبَّ (חָבַב Deuter. 33, 3.) *amavit*.

مَحَبَّةٌ *amor*. 20.

حَتَّى 1) praepos. *usque ad*; 2) coniunct., cui adiuncta est potestas particulae أَنْ, *donec*, *quoad*. Verbum sequitur in praeterito, rarius in futuro indicativo, saepissime in futuro nasbato. Vide quae accuratius exposuimus in nota arab. 59.

حَدّ pers. pro حَدٌّ *terminus*, *limes*. 35.

حَدَثَ (חָדַשׁ pi.) *novus*, *recens fuit*.

حَادِثٌ et fem. ةٌ — *novus casus*, *fortunae vicissitudo*, *casus adversus*. 10.

حَذَرٌ *cautio*. 77.

حُرٌّ (חֹרִים *ingenui*, *nobiles*) *liber*, *non servus*, *ingenuus*. 9. 43. al.

حَرِصَ idem quod חָרַץ *acer*, *acidus fuit*, unde per similem tropum, qui regnat in nostra vulgi formula, a van Waenen. l. c. p. 226. citata: sich worauf spitzen, *avide cupivit*.

G *

حِرْصٌ *aviditas*, *cupiditas*. 18. 49.

حَرِيصٌ (חָרוּץ) *avidus*. 62. حِرْص کردن *avide agere*, *cupidum esse*. 49. pers.

حَرَّمَ (חרם hi. *prohibuit a communi usu*, *Deo consecravit*) *prohibuit*. II. *vetuit*, *illicitum fecit ac dixit*. Partic. pass. مُحَرَّمٌ *vetitus*. 18.

حَرَامٌ *nefas*, *vetitum*. 18.

حِرْمَانٌ *repulsa*, *frustratio* 71. 49.; *das Fehlschlagen*; vox fere solennis in petitionibus successu felici destitutis, ut in Commentario de Sacyi ad Harir. Cons. 3. p. ١٧., *infelicitas*.

حَسَبَ (חָשַׁב) fut. o. *computavit*. III. *computationem cum alio inivit et rationem exegit*; pass. *ratio ab eo exacta est*. 98.

حَسَبٌ *existimatio*, *dignitas*, *gloria avita*. 79.

حِسَابٌ *computatio*. 98.

حَسَدٌ (חֶסֶד *studium in malam partem*, *probrum* Prov. 14, 34. Levit. 20, 17.) *invidia*. 19.

حَاسِدٌ *invidus*. 52.

حَسُنَ *bonus, pulcher, elegans fuit.* IV. *bonum fecit, bene egit.* 5.

حُسْنٌ (חֹשֶׁן *ornamentum*) *pulchritudo, elegantia, bonitas.* 80.

حَسَنٌ *pulcher, bonus;* comparativ.

أَحْسَنُ *pulchrior, praestantior.* 28.

إِحْسَانٌ nom. act. IV. *beneficientia, benefactum.* 78.

حَقٌّ (חֹק) *id quod rectum est, ius, iustitia, veritas.* 88.

حَقَدَ *odit inimicitiam in animo retinens et nocendi occasionem exspectans* c. على.

حِقْدٌ nom. act. *odium* cum cupiditate nocendi. 50.

حِكْمَةٌ (חָכְמָה) *sapientia,* strictiori sensu *philosophia,* quae rerum veram indolem ultimasque rationes pervestigat. 66.

حَلَّ (חָלַל *perforavit, solvit*) I) fut. o. *dissolvit;* 2) fut. i. et o. (ut καταλύειν παρά τινι) *devenit* aliquo, *supervenit.* 76. 77.

حُمْقٌ *stultitia.* 82.

أَحْمَقُ *stultus, fatuus.* 92. 100.

حَاجَ med. Vav. *indiguit.*

حَاجَةٌ *res necessaria, expetita, expetitio.* 29. pers.

حَيْنٌ *exitium, calamitas.* 74.

حَيَآءٌ *pudor, verecundia,* ut Arabes definiunt, ea animi affectio, qua ab aliqua re peragenda ob timorem vituperationis retinemur. 62. 64.

خ

خَبَأَ (חָבָא *nif. et* חָבָה) *occultavit.* 7.

خَسِرَ (vicinum est חָסֵר *imminutus est*) *damnum passus fuit.*

خُسْرَانٌ *iactura* maxime in emendo ac vendendo. 72.

خَطَأ (חַטָּאָה) *peccatum, error.* 97. pers.

خَفَّ *levis fuit* pondere, dignitate. X. *levem putavit, despectui habuit* c. ب; nom. act. إِسْتِخْفَافٌ 50.

خَفِيٌّ comparat. أَخْفَى *absconditus, occultus* 44. Cf. hebr. חָפָה *texit, velavit.*

خَلَفَ (חָלַף) *transiit, successit.* III. *adversatus fuit, repugnavit* alicui.

خِلَافٌ nom. act. III. (vid. Tychs. gr. § 46. n. 4.) *repugnantia, controversia.* 68.

خَلَقَ (חָלַק vid. Gesen. lex. s. h. v.) *creavit*.

خُلْقٌ *indoles*, *mores*. 80.

خَلَا fut. o. *vacuus*, *liber fuit* ab aliqua re c. مِنْ r. 50.

خَالِى *vacuus*, *liber*. 50. pers.

خَابَ med. Ia. *prohibitus*, *seclusus fuit* spec. spe et votis, *non consecutus fuit quod volebat*.

خَائِبٌ no. ag. *spe*, *voto*, *successu excidens*. 69.

د

دَبَرَ (דָּבַר vid. Gesen. lex. s. h. v.) *pone fuit*. II. *ordinavit*, *disposuit*, *rexit*.

تَدْبِيرٌ pl. تَدَابِيرُ no. act. II. *dispositio*, *moderatio* pecul. respiciens finem, *regimen* in sent. 76. *humanum*, ut Persa bene explicuit, oppositum fatali decreto divino.

دَنَا fut. o. *inferior*, *vilior fuit*.

دَنِىٌّ comp. أَدْنَى femin. دُنْيَا *vilis*, *propinquus*.

أَلدُّنْيَا plerumque omisso substantivo أَلْحَيَاةُ *vitam terrestrem*, opp. أَلآخِرَةُ, *hunc mundum et bona mundana* vel a propinquitate vel a vilitate sic dicta, significat. 98.

دَاءٌ (דְּוַי) *morbus*. 31.

ذ

ذَكَرَ (זָכַר) *meminit*, *recordatus est*. II. *in memoriam revocavit*, *fecit*, *ut aliquis recordaretur;* nom. act. تَذْكِيرٌ cc. لِ r. 36.

ذُلٌّ et ذِلَّةٌ (דַּלָּה *tenue quid*) *vilitas*. 40. 85.

ذَلِيلٌ (דַּל) compar. أَذَلُّ *abiectus*, *vilis*, *contemtus*. 51.

ذَنَبَ verb. denominat. 1) a ذَنَبٌ *cauda*, *secutus fuit*, *adhaesit*. 2) a ذَنْبٌ coni. IV. *crimen commisit*.

ذَنْبٌ *crimen*, *delictum*, *culpa*. 36. al.

مُذْنِبٌ nom. ag. IV. *culpae reus*, *peccator*. 53.

ر

رَبٌّ (רַב) *dominus*, κατ' ἐξοχὴν *Deus*. 6.

رُبَّ (רֹב) propr. substant. *multitudo*, quod in accusativo positum, adverbii instar usurpatur, sequente nomine indefinito in genitivo, *multum*, *saepe*, *aliquot*, *interdum*, رُبَّ سَاعٍ *multi studiose operam navant*. 54. 69.

رَبِحَ (vicinum est רָבַח) *lucratus fuit.*

رِبْحٌ pl. أَرْبَاحٌ *lucrum, quaestus.* 72.

رَجَاءٌ *spes.* 56. al.

رَحِمَ (רָחַם), fut. a. *misertus est* alicuius ccap. 35.

رَحْمَةٌ *misericordia.* كَرْدَن — *misereri.* 35. *pers.*

رَحْمَانٌ et رَحْمَنٌ *misericors.*

رَحِيمٌ (רַחוּם) *miserescens.* Hoc adiectivum articulo instructum et cum antecedenti ad vim notionis augendam coniunctum, de Deo solum usurpatur.

رَدَّ *repulit, reprobavit, reduxit, restituit, reddidit.*

مَرْدُودٌ *reprobatus, restitutus, redditus.* 86.

رِقٌّ *servitus, mancipii conditio.* 51.

رَمْزٌ pl. رَمَزَاتٌ *nictatio, indicium motis oculis, superciliis, vel toto ore.* 97.

رَاحَةٌ (vicin. est רוּחַ *et* רְוָחָה *relaxatio*) proprie *respiratio*, deinde *quies.* 19. 48.

رَوْضَةٌ (cognatum est רָטֹב *viridis*) *locus in quo propter aquam stagnantem, herbae luxuriantur, viridarium.* 41.

رِيَاءٌ *hypocrisis.* 20.

ز

زَعَارَةٌ (haec forma, quae in codice meo exhibetur, in lexicis non reperitur, sed زَعَارَّةٌ) *indoles ea animi, quae causa est, cur cum homine non nisi maxima cum difficultate agas, morositas.* 22.

زَمَانٌ (זְמָן) *tempus.* 8.

زَارَ (זוּר) *declinavit a via, divertit* apud aliquem.

زِيَارَةٌ *visitatio, salutatio.* 22.

زَادَ (זִיד et זוּד *redundavit* aqua fervens) med. Ja *auctus est, auxit.* VIII. اِزْدَادَ *auctus est* re ccar. اِزْدَادَ يَقِينًا *incrementa cepit* quoad *certam scientiam* vel *fidem.* 1.

س

سَأَلَ (שָׁאַל) *rogavit* aliquem aliquid *petendo.*

مَسْؤُولٌ nom. ag. pass. *rogatus, is a quo petitur.* 43.

سَعِدَ primigenia potestas servata videtur in hebr. סָעַד *fulsit, sustentavit,* unde III. *adiuvit,* et I. *felix, faustus fuit.*

سَعِيدٌ *fortunatus, beatus.* 65.

سَعَى (שָׁעָה *tetendit* aliquo oculis i. e. *spectavit* c. אֶל *tetendit* ad aliq. c. إِلَى, *ivit*, c. فِي *operam dedit* alicui rei. 54.

سَاعٍ nom. ag. c. فِي *operam navans, studiose appetens*. 54.

سَعْي *studium, propositum*; — كَرْدَن *studere*. 54. pers.

سَفَلَ (שָׁפֵל) *inferus, humilis fuit.*

أَسْفَلُ pl. أَسَافِلُ *humilior, inferior* ordine et dignitate. 63.

سَقْطَةٌ pl. سَقَطَاتٌ (שֶׁקֶט vide Gesen. lexic. s. h. v.) *lapsus, id quod elabitur, profertur*, maxime de *verbis ingratis et inhonestis* sent. 97. Parum differre videtur a سَقَطٌ *pars rei, quae abiicitur*, ut in de Sacyi commentar. ad Harir. p. ٣٠١ explicatur: أَلْخَسِيسُ أَلْرَذْلُ مِنْ كُلِّ شَيْءٍ *vilissimum cuiusque rei, id in quo nihil boni est, vitium, error in sermone vel scriptura commissus.*

سُلْطَان (שִׁלְטוֹן *potens*) *princeps*. 88. pers.

سَلِمَ (שָׁלֵם hi. *in fidem se tradidit* Ios. 11, 19.) *incolumis, salvus fuit.* II. *dedit se* potissimum Deo vel fidei Muhammedanae.

سَلَامٌ (שָׁלוֹם) *incolumitas, salus, pax.* عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ *pax ei sit!*

سَلَامَةٌ *integritas* a vitiis, *incolumitas*. 30.

إِسْلَامٌ nom. act. IV. *obedientia Deo et Muhammedi praestita, submissio, religio vera* i. e. Muhammedica. 27.

سَمِعَ (שָׁמַע) *audivit.*

سَامِعٌ (שׁוֹמֵעַ) nom. ag. *audiens, auscultans* c. لِ r. ٱلسَّامِعُ لِلْغِيبَةِ *qui audit (zuhört) obtrectationem.*

سَمَا *altus fuit.* II. *appellavit.*

إِسْمٌ vulgo أَسْمٌ (שֵׁם) *nomen.* بِسْمِ pro بِٱسْمِ *nomine.*

سَاءَ med. Vav. *malus fuit.*

سُوءٌ (שָׁוְא) *malum, depravatio*. 17.

مَسَاءَةٌ pl. مَسَاوِى *malefactum, turpitudo*. 67.

سَادَ med. Vav. (hinc hebr. שֵׁד i. q. בַּעַל *dominus, daemon*) *dominus fuit.*

سُودٌ *principatus, dominium*. 21.

سَاقَ med. Vav. (שׁוּק et שָׁקַק *cucurrit*) *propulit, stimulavit.*

سَائِق nom. ag. *propellens*. 74.

سَيْر *incessus*, *profectio*, *iter*. 94.

ش

شَبِهَ (cf. דָּמָה) II. assimilavit cc. ب.

شَبِيه compar. أَشْبَه *similis*. 3.

شَجُعَ fut. a. (cf. שִׁגָּעוֹן *furor*) *strenuus*, *fortis fuit*. 75.

شُجَاع *fortis*, *strenuus*. 75. pers.

شُحّ *avaritia et aviditas*. 15.

شَرّ (cf. שָׁרַר et צַר *adversarius*, *hostis*) *improbitas*, *malum*, *malignitas*. 67.

شَرَدَ (שָׂרַד) *aufugit*.

شَارِد (שָׂרִיד) no. ag. *aufugiens*, *fugax*. 86.

شَرَف (cf. שְׂרָפִים Ies. 6, 2. 6. *nobiles coeli*) *celsitudo*, *nobilitas*, *gloria*. 17. 27.

شَرْقَة (cognatum est שְׁרִיקוֹת *sibili fistulae*. Iud. 5, 16.) *praefocatio gutturis*, *angor*. 75.

شُغْل *occupatio*, *negotium*. 59.

شَفَعَ *intercessit* pro aliquo.

شَفِيع *intercessor*, *deprecator*. 29.

شَفَاعَة *intercessio*, *deprecatio*. 39. pers.

شَقَّ (quodammodo cognatum est בָּקַע) *fidit*, *dirupit*. III. *dissedit*, *adversatus fuit*, *inimicitiam exercuit*.

شِقَاق no. act. III. *dissidium*, *inimicitia*. 68.

شُكْر (cf. אֶשְׁכָּר εὐχαριστήριον, *munus*, *quod gratitudinis testandae causa offertur* vid. Rosenmüll. ad Ps. 72, 10.) *gratiarum actio*. 90.

شَارَ med. Vav., ut שׁוּר, primitivam notionem in *circumagendo* habere videe. c. oculos, itaque *circumspicere*. III. *consuluit* alium, *deliberavit* c. alio.

مُشَاوَرَة nom. act. III. *consilium* ab alio petitum. 23.

شَهِيَ (cognatum est هَوِيَ, חָוָה et אָוָה *voluit*, *desideravit*) *cupivit*.

شَهْوَة pl. شَهَوَات *cupiditas* 51. 97., quomodo differat ab هَوًى (חַוָּה), cui etymologia cognatum est, nondum satis liquet; etenim non persuasit nobis van Waenen l. c. p. 314.

هَوًى notare cupiditatem magis internam s. subiectivam, شَهْوَة vero cupiditatem magis obiectivam s. voluptates, quippe quod ipsa sententia, quae in nostra editione est quinquagesima prima, refutetur. Mallem

ego quidem, cum ex iis, quae v. Waenen attulerit, exemplis pateat, vere aliquid inter utrumque esse discriminis, id in eo ponere, quod هَوًى respondet nostro: Lust, relato ad amorem, maxime impudicum, quo homines sese amplectuntur cf. Koseg. Chrest. p. 18. 142, 8. 2 Sam. 22, 20. 23, 5., شَهْوَةٌ autem quodcunque cupiditatum genus designat. Itaque obscurius illud dictum in v. Waenen. editione p. 86. no. 257. ظَفِرَ الْهَوَى بِمَنِ انْقَادَ لِشَهْوَتِهِ. vertendum est: *es besiegt den die Liebeslust, wer sich hingibt der Begierde.* — Sed altioris haec res indaginis est.

شَيْءٌ *res, aliquid.* 96.

ص

صَبْرٌ *patientia, constantia in perferendis malis.* 42.

صَحَّ (צָחַח primigenia notio in *splendendo* est, quae ad corpus humanum translata, ut צָהַל Ps. 104, 15. eius *sanitatem* indicat) *sanus, integer fuit.*

صِحَّةٌ *sanitas, integritas.* 16.

صَدَقَةٌ (צְדָקָה LXX saepius ἐλεημοσύνη) *quidquid datur Deo sacrum, eleemosyna, beneficium.* 89.

صَرَعَ (צָרַע) *prostravit*, pass. *epilepsia correptus fuit.*

مَصْرَعٌ pl. مَصَارِعُ *percussio*, apposito عَقْلٍ *mentis*, *paroxysmus epilepticus*, *rationis obcaecatio.* 87.

صَفْحَةٌ pl. صَفَحَاتٌ (vid. Tychs. gr. p. 133. b.) *latus* rei vel personae 88, praesertim faciei, *facies* ipsa, *vultus.* 96.

صَلُبَ (cf. nom. pr. צָלָף Neh. 3, 30. *fissio*) *durus et fortis fuit.* 63.

صَوَابٌ *rectitudo operis, bonus exitus et successus.* 23.

صُورَةٌ (צוּרָה) *forma, imago; indicium* vertit Persa in sententia sexagesima prima, in qua significare puto, quod vernacule dicimus: *Abdruck;* vide notam ad l. c.

ض

ضَرَّ (צָרַר *hostiliter tractavit*) fut. o. *nocuit* c. c. a. p. مَا يَضُرُّهُ *id quod ei nocet.* 54.

ضَلَّ huius radicis et cognatarum primigenia significatio quaerenda est in *vibrante* et *incerto motu*, ut sonorum ex tintinnabulo, unde צָלַל, صَلَّ *tinnivit*, ut umbrarum e. c. ex arboribus,

vento motitatis, unde ظَلَّ , צָלַל *obumbratus est*, ut rerum citato cursu volutarum, unde גָּלַל, צָלַל *ruit*, *volvit se*, vel etiam personarum incerto tramite vagantium, unde ضَلَّ *erravit*, dein *abditus fuit*, *disparuit*, *periit*. 76.

ضَالَّةٌ com. gen. *errabundum et amissum animal*. 66.

ضَمَرَ (vicin. est טָמַן) IV. *occultavit* c. a. r. 96.

ضَنِيَ compar. أَضْنَى *male habens*, *aegrotus*. 32.

ضَاعَ (vicin. sunt טָעָה et תָּעָה *erravit*) med. Ja *periit*, *perditus*, *amissus fuit*.

ضَائِعٌ no. ag. *periens*, *perditus*, *irritus*. 70. Deest quidem in lexicc. haec significatio, sed ea etiam locum habet in de Sacyi Anthol. gram. p. ١٠١ lin. 13.

ط

طَرَفٌ pl. أَطْرَافٌ *extrema pascuorum ora a camelis depasta* (cui cognatum est טָרָף quod *decerptum est*, *frons recens*), *latus*, *margo*, *extremitas rei*. أَطْرَافُ ٱلنِّعَمِ *margines beneficiorum* sent. 90. sunt tenuiora beneficia, ut primis modo labris gustare eorum suavitatem possis; quemadmodum أَطْرَافُ ٱلنَّاسِ *extremitates hominum* sunt *vilioris et ultimae sortis homines*, vid. A. Schult. ad Harir. consess. 3. p. 124. s.

طَلَبَ *quaesivit*, *petiit*, *appetiit*. 45.

طَلَبٌ *studium*, *desiderium*, *quaestio*. كردن — *quaerere*, *appetere*. 45. pers.

طَالِبٌ no ag. *petitor*.

طَمِعَ *concupivit*.

طَمَعٌ pl. أَطْمَاعٌ *concupiscentia* 47, *res quae cupitur*. 73.

طَامِعٌ no. ag. *concupiscens*, *cupiditate flagrans*. 85.

مَطْمَعَةٌ pl. مَطَامِعُ *res cupidum reddens*. 87.

طَوْرٌ (טוּר *paries*, *septum*) *limes*, *terminus*, *modus*. 35.

ظ

ظَفَرَ Coniunctae esse videntur, ut in nonnullis aliis, in hoc et hebraico vocabulo ei affini, טָרַף, notiones duarum radicum טָפַף *unguibus s. pedibus agilis fuit* et פּוּר s. פָּרַר, פָּרַק *diffregit*, *dilaniavit* (ossa membraque in-

iectis unguibus fera Ps. 7, 3.), unde *victoriam reportavit.*

ظَفَر *victoria.* 53.

ظَنّ *opinio, suspicio, dubium.* 57.

ظَهَرَ (טָהַר propr. *splenduit, purus fuit*) *conspicuus fuit, apparuit.* 96.

ع

عَبَدَ (עָבַד *operatus est, coluit, servivit*) *coluit, adoravit.* II. *in servitutem redegit, pro servo accepit.* c. c. a. IV. huius transitiv. *fecit, ut* hic illum *pro servo acquireret*, utraque persona in accusativ. posita e. c. أَعْبَدَ عَمْرٌا زَيْدًا *fecit, ut Amru in servum acquireret Zeidum.* X. idem; in passiv. *factus est, qui in servitutem redigeret.* 9.

عَبْدٌ (עֶבֶד) *servus.* 51. 56.

عَبَرَ (עָבַר) *transiit;* عَبِرَ *exemplum sumsit.* VIII. *exemplum cepit eoque monitus est.* 58.

اِعْتِبَار no. act. VIII. *monitio per exemplum.* كم فتن — *exemplum capere eoque moneri.* 58. pers.

عَثَرَ *offendit pedem* ad rem c. c. فى et ب r., *lapsus est.* 94.

H *

عَجِبَ (עָגַב *amavit*) *miratus fuit.*

عُجْب *admiratio sui ipsius, φιλαυτία, superbia.* 83.

عَجِلَ (cogn. est גָּלַל) primitiva potestas est in *volvendo, festinavit.* X. *festinare iussit, ad festinandum se impulit, voluit ut festinaret, festinanter appetiit* c. ل r. 98.

عِجَان *anus, podex.* 64.

عَدَا (עָדָה Iob. 28, 8.) *transiit, supersedit, transgressus est, hostiliter irruit* in aliquem. V. idem. 35.

عَدُوّ pl. أَعْدَاء *inimicus, hostis.* 34. 44.

عَدَاوَة *inimicitia, hostilitas.* 59.

عَذُبَ (cognatum est טוֹב) *bonus ac dulcis fuit,* sermo. 8.

عَذَرَ *excusavit.* VIII. *excusavit se.*

عُذْر *excusatio.* 36. pers.

اِعْتِذَار nom. act. VIII. *excusatio.* 36.

عَرَضَ (עָרַץ) *adversus occurrit, apparuit.* IV. *latus obvertit,* c. ل p. *se obtulit alicui,* c. عَنْ r. *declinavit* a re. 88.

عَرَفَ (מַעֲרִיף apud Judaeos seriores *notus, familiaris*) fut. i. *cognovit, scivit.* 4. 6. al.

عَزّ (עָזַז *potens fuit*) *excelsus fuit.* — خُدَایِ عَزّ وَجَلّ *Deus, qui honore ac laude celebretur!* 76. pers.

عَزِيز comp. أَعَزّ (cf. עֹז *robur, maiestas, gloria*) *splendidus, praestans, eximius, rarus.* 26.

عَفَا (cognatum esse videtur עוּף *tegere* alis, caligine, etiam mentem) *obtexit, oblitteravit* (per similem significationum cohaerentiam ut in כִּפֵּר), *condonavit* crimen alicui c. عَن p.

عَفْو nom. act. *oblitteratio, indulgentia, venia data* c. عَن p. 95.

عَاقِبَة (cf. עֵקֶב *postremum rei*) pl. عَوَاقِب *finis, successus et exitus* rei. 75.

عَقَد (עָקַד) *ligavit, firmavit, pepigit* foedus. IV. transit., itaque particip. pass. مُعْقَد, quod legitur in sententia vicesima octava, significaret *pactum;* sed nullus dubitarem, quin, auctore Persa, per پناه *asylum, refugium* id vertente, illi مَعْقِد, ut nomini loci (de Sacy gr. I. p. 305.), significationem *loci muniti, castelli* (cf. אֲפֵר et quae Gesen. in lexic. man. de eo disputavit), *praesidii* attribuerem; praesertim cum plura huius radicis derivata ad aedificia firmae compaginis, itaque tuta, transferantur; nisi praestaret nostri codicis lectioni Dresdensis illa: مَعْقِل.

عَقَل *plicuit, vertit* (מְעֻקָּל *perversus* Hab. 1, 4.), *intelligentia polluit.*

عَقْل pl. عُقُول *intelligentia, ratio* 32., *intellectus.* 38. al.

عَاقِل nom. ag. *intelligens.* 57. al.

عَلِم *scivit.*

عِلْم *eruditio, doctrina.* 79. pers.

عَلَا et عَلَى (עָלָה) *altus, sublimis fuit.* VI. تَعَالَى de Deo, *qui exaltetur, celebretur.* 89. pers.

عَلِيّ contr. ex عَلِيِي (עֶלְיוֹן) 1) *excelsus, nobilis.* 2) nom. propr. *Ali,* de quo videatur praefatio. — Comparat. أَعْلَى pl. أَعَالِي *superior, altior, sublimior,* oppos. أَسَافِل 63.

عَلَى (עַל poet. עֲלֵי) praepos. *super, supra;* multis verbis adiungit complementum suum e. c. وَكَلَ عَلَى *worauf vertrauen.* 55. al.

عَمِل (עָמַל) *operatus est.*

عَامِل (עָמֵל) no. ag. *laborans graviter et cum contentione*. 70.

عَمِيَ (cognatum est עָמַם *clausit, obscuravit*) *caecus fuit, obscurum illi opertumque fuit* negotium. 60.

عَنْ praeposit. separationem rerum extra coniunctarum indicans, *a, ab* 88., saepe etiam verbis removendi actum significantibus rem vel personam, unde removetur aliquid, adiungit e. c. عَفَا عَنْهُ propr. obtecto et oblitterato crimine hoc *ab eo removit* i. e. *veniam ei concessit*. 95.

عِنَانٌ *habena*. 94.

عِنْدَ (עִמָּד c. pron. 1 pers. עִמָּדִי) *apud, penes*. 12.

عَنَى (עָנָה *spectavit* aliquid dictis suis) fut. i. *intendit* aliquid, *spectavit* ad me, mea *interfuit* c. c. a. p.; sent. 45. مَا لَا يَعْنِيهِ *quod ad eum nihil pertinet*.

عَادَ (עוּד) med. Vav. *rediit, reversus fuit*. II. trans. *assuefecit, edocuit* 33; intrans. *cibum secunda vice appositum edit*. IV. *repetivit, iteravit*.

عَادَتٌ *consuetudo*. كون — *adsuescere* c. ب r. 33. pers.

إِعَادَةٌ *repetitio*. 36.

عُودٌ (cognat. est עֵץ) *lignum*. 91.

عَيْبٌ pl. عُيُوبٌ *vitium*. 67.

عَاشَ fut. i. *vixit, vitam duxit*. 98.

عَيْشٌ *vita*. 98.

عَيِيَ comparat. أَعْيَى *difficilis, insanabilis* morbus. 31.

غ

غَصَّ primitiva significatio ut cognatorum verborum עָצַר, עָצַם al. est in *coarctando, claudendo, ligando, cohibendo*, unde

غُصَّةٌ *angustia* et *praefocatio* in faucibus cibo potuve. 75.

غُصْنٌ (עֵצֶן *hasta* 2 Sam. 23, 8.) pl. أَغْصَانٌ *ramus*. 91.

غِطَاءٌ (cf. עָטָה *operuit*) *operimentum, velamen*. 1.

غَفَرَ (vicin. est كَفَرَ, כָּפַר) *texit, condonavit* c. a. r. IV. idem. 97.

غَنِيَ *satis habuit, contentus fuit*.

غِنًى *animus contentus, opes, divitiae*. 84.

غَنِيٌّ pl. أَغْنِيَاءُ *dives, contentus*. 98.; compar. أَغْنَى.

غَابَ med. Ja *abfuit*, *absenti obtrectavit*. VIII. idem.

غِيبَةٌ *sermo*, *quo quid clanculum de absente dicitur*, speciatim *ingratum*, *obtrectatio* etiam *falsa;* etenim quod Golius in lexico observat, non nisi *veram obtrectationem* hoc vocabulo significari, refutatur sententia nostrae editionis quadragesima sexta.

مُغْتَابٌ nom. ag. coniug. VIII. *is qui calumniatur*. 46.

غَيْرٌ *mutatio*, *diversitas*, c. genit. vel suffixo *alius quam;* غَيْرُهُ *alius quam ille*.

غَاظَ (עִיט *vehementius irruit* in aliquem) *iratus*, *indignatus fuit*, *succensuit*. VIII. idem.

مُغْتَاظٌ nom. ag. VIII. c. c. عَلَى p. 52.

ف

فَ (decurtatum ex אַף, quod negat Ewald. gr. ar. I. p. 348.) partic. praepositiva inseparabilis, quae 1) praecedenti id subiungit, quod proxime sequitur, vel consequens, cuius ratio inest antecedenti, *proinde*, *itaque*, *ac*, *et*, *sed*, *tamen;* 2) inceptae orationi addit quae totam cogitationem absolvant, ita ut quae huic particulae praecedant, gravius audientis animo et attentioni commendentur ac paene absolute posita videantur; e. c. اَلسَّامِعُ لِلْغِيبَةِ فَهُوَ أَحَدُ ٱلْمُغْتَابِينَ *qui libenter audit calumniam, hic quidem unus est calumniatorum* 46. Ewald. l. c. II. p. 268. ss.; 3) in enunciationibus correlativis posteriori earum praefixa tollit postestatem conversivam, quam in eius verbum vocabula conditionalia إِنْ, مَنْ, مَا exercent, e. c. in sent. 6. de Sacy gr. I. p. 553. II. p. 35.

فَضْلٌ *praestantia*, *ingenium eximium;* *benemeritum*, exponente scholiasta ad carmen Thograi v. 1. comprehendit scientiam, mores, experientiam, rerum agendarum peritiam et quodcunque sit, quo alter alteri praestet. 79.

فَقُرَ *pauper fuit*.

فَقْرٌ *paupertas*. 82.

فَقِيرٌ pl. فُقَرَآءُ 98., comparativ.

أَفْقَرُ *pauper*. 82.

فِكْرٌ *cogitatio*, *attenta meditatio* c. فِى r. 75.

فَلَتَ (פָּלַט) *evasit*, *elapsus est*. III. *de improviso supervenit*.

فَلْتَةٌ pl. فَلَتَاتٌ *improvisus ca-*

sus, *quod repente vel inopinato elabitur*. 96.

فَم pro فُوهٌ (פֶּה) *os, oris* scriptum esse volunt; complemento accedente nominativus est فُو, genit. فِى, accus. فَا. فِى فِيهِ *in ore eius*. 92.

فَاتَ *praeteriit, fugit* eum res, *elapsa* ei *fuit* occasio c. c. a. p. 45.

فِى praepos. *in*; saepe ad rem vel materiam significandam, in qua versantur cogitationes 75, et ad quam studia tendunt 54., adhibetur.

ق

قَدْ adverb. *iam, modo*, ante praeterita positum, ea tempore vere perfecto accipienda esse indicat. 6.

قَدَرَ *determinavit iusta mensura, definivit, decrevit* alicui aliquid, *potuit*, c. على *praevaluit*. II. idem. 95.

قَدَرٌ *decretum Dei, fatum*. 77.

قَدْرٌ *quantitas, pretium, dignitas, vis, potentia*. 4. 35.

قُدْرَةٌ *potentia, victoria*. 95.

قَادِرٌ no. ag. *potens*. 95. pers.

تَقْدِيرٌ *divinum decretum, inevitabile fatum*. 76. pers.

مَقْدُورٌ pp. pl. مَقَادِيرُ *destinata, praefinita, fatalis res, fatum*. 76.

قَرَعَ (קָרַע *disrupit*, verbis *proscidit*) *percussit*. II. *increpuit, corripuit*.

تَقْرِيعٌ nom. act. II. *obiurgatio, increpatio*. 37.

قَصَا (קָצָה) primitiva significatio est in *abscindendo* et *removendo*, deinde *procul fuit*.

قَصِىٌّ *remotus*; compar. أَقْصَى *remotior, remotissimum, extremum, summum, in suo genere praestantissimum*. 90.

قَضَى (קָצָה) *finivit, praefinivit, decrevit*. VIII. *efflagitavit, exegit*. c. c. gemino acc. 33.

تَقَاضَا *efflagitatio*; پ کردن *flagitare, postulare*. 33. pers.

قَطَعَ (vic. sunt גָּזַע, גָּדַע al. חָטַב), fut. a. *secuit, excidit*. 78.

قَلَّ (קָלַל) *paucus, imminutus fuit*. 64.

قِلَّةٌ *paucitas, tenuitas*. 32.

قَلْبٌ *cor*, sic dictum لِتَقَلُّبِهَا propter motum versatilem, ut ait Scholiastes ad Caab ben Zoheir. V. 1. ed. Lette, *animus*. Videtur huic etymo aliqua esse

cognatio cum لُبّ, לֵב, לֵבָב, quae sunt eiusdem significatus. 60. al.

قَالَ (cf. קוֹל de *sermone* Eccl. 5, 2.) fut. يَقُولُ *dixit*. 11. al.

قِيمَةٌ *pretium* rei. 5.

ك

كَ (כְּ) praeposit. *sicut*, *instar*, regit genitivum. 41.

كَبُرَ *magnus fuit*.

كِبْرٌ (cf. כָּבֵר et כִּבְרָה pr. *longitudo*) *magnitudo*, *magnificentia*, *superbia*. 14.

كَبِيرٌ compar. أَكْبَرُ *magnus*, *gravis*, *potens*, *molestus*. أَكْبَرُ الأَعْدَآءِ *gravissimus inimicorum*. 44.

كِتَابٌ (כְּתָב) *scriptum*, *scriptura*, *liber*.

كَثُرَ *multus fuit* 50, *abundavit*. 8.

كَثْرَةٌ *multitudo*. 68.

كَثِيرٌ compar. أَكْثَرُ *multus*. 87.

كَثُفَ *densus*, *spissus fuit*. 91.

كَذَبَ (כָּזַב) *mentitus est*.

كَاذِبٌ (כֹּזֵב) no. ag. *mentiens*, *mendax*, *spei haud satisfaciens* in sent. 73., ut *fundus mendax* apud Horat. Od. III. 1. 30. Epist. I. 7. 87., cui opponitur *segetis certa fides* Od. III. 16. 30.

كَذُوبٌ *mendax*, *mendaciis deditus*. 24.

كَرُمَ *generosus fuit*.

كَرْمٌ *laudabilis et honore digna virtus*, *honestas*, *generositas*, non solum de hominibus, sed etiam de aliis rebus, unde כֶּרֶם *ager plantis nobilioribus consitus*. 26.

كَرِيمٌ (confine est כְּרוּב Mem in Beth mutato ut in דִּימוֹן et דִּיבוֹן, مَحَصَّنٌ et בָּחַן al.) compar. أَكْرَمُ *nobilis*, *generosus*. 80.

كِرَامِيٌّ *nobilis*, *eximius*, *honorandus*; superlat. pers. كِرَامِيٌّ تَرِينَ 80.

كَرِهَ *aversatus est*, *respuit*, *abhorruit*.

IV. *invitum adegit*, *coegit*; pass. أُكْرِهَ *invitus coactus est*. 60.

كَرَاهَةً *invito animo*.

كَشَفَ (חָשַׂף de velo retecto Jer. 13, 26. Jes. 47, 2.) *retexit*, *aperuit*; pass. *detectum fuit* (velamen). 4.

كَفَى *satis fuit*, *suffecit*, *fecit ut suf-*

ficeret, *fuit ei pro alio eiusque explevit vicem* cc. نَابَ. 53.

كُلٌّ (כֹּל) subst. *universitas*, quo circumscribuntur adiectiva *omnis* et *totus*. 5. al.

كَلَامٌ *sermo*, *oratio*. 38.

كَهَانَةٌ *praesagium*, *praedictio*. 57. Secundaria est notio hebr. כִּהֵן *sacerdotem egit*.

كَانَ med. Ia *decepit dolo*.

كَيْدٌ *dolus*, *insidiae*. 44. pers.

مَكِيدَةٌ no. act. *dolus*, *insidiae*. 44.

ل

لِ (לְ) praepos. inseparab. *ad*, plerumque nostrum Dativum indicat; cum pronominibus suffixis, praeter primae pers. in Singulari, scribitur cum Fatha, ut لَهُ *ei*.

لَا (לֹא) adverb. negandi, *non*, *haud*, maxime negat rem praesentem vel futuram; in sententiis prohibitivis construitur cum futuro apocopato, *ne*, e. c. لَا تَتَّكِلْ *ne confidas* 55; in certo quodam genere propositionum cum accusativo nominum indefinitorum coniungitur, de quo vide not. 40.

لِبَاسٌ (לְבוּשׁ) *vestis*, *indumentum*. 30.

لَحْظٌ pl. أَلْحَاظٌ *actus limis oculis spectandi*, *das Schelsehen*. 97.

لِسَانٌ (לָשׁוֹן) *lingua* 7. 8. al., speciatim dicitur de *lingua obtrectatrice et maligna* in sent. 78; ut Hebraei *calumniatorem* appellant אִישׁ לָשׁוֹן Ps. 140, 12.

لَفْظٌ pl. أَلْفَاظٌ *pronunciatio*, *vox*, *sermo*. 97.

لَمْ *non;* iungitur futuro apocopato et sic negat praeteritum; e. c. لَمْ يَتَعَدَّ طَوْرَهُ *non transgressus erat limitem suum* sent. 35. 75.

لَوْ *si*, *quodsi;* indicat conditionem *hypotheticam* s. *suppositivam* i. e. eam, cui revera satisfactum esse vel satisfactum iri, dicenti probabile non est, quapropter verba quae sequuntur, in utraque parte enunciationis per coniunctivum vertenda sunt. Differt لَوْ ab إِنْ, ut לוּ ab אִם. Vide de Sacy gr. I. p. 161. ss. Ewald. gr. II. p. 311. Quapropter in sentent. 1. لَوْ كُشِفَ أَلْغِطَاءُ non vertere licet (vid. Heidelberg. Iahrbüch. d. Lit. 7 Hft. 1834. p. 724. s.): „Wenn aufgedeckt *war* die Decke“, sed ut nos quidem fecimus in *Specimen Sentent.*

Ali Chalifae: „Wenn der Schleier aufgedeckt *gewesen wäre.*"

لَانَ *lenis, mollis, placidus fuit.* 63.

م

مَا (מָה) pron. *id quod* 45., *quod, quidquid, quantum* 5. 11., *quid?* — Ex pronom. interrogat. ortum est

مَا negativ. *non*, ut מָה Iob. 16, 6. Cant. 8, 4.; cum praeterito indicat rem paulo ante praeterlapsam. I. de Sacy gr. I. p. 516.

مَحَبَّةٌ vide s. حَبَّ.

مَحَنَ (cognat. est בָּחַן) *tentavit.*

مِحْنَةٌ *res, qua tentatur homo, afflictio, calamitas.* 12.

مَرْءٌ, أَمْرَأٌ, et إِمْرُؤٌ *vir.* 4. 35. al.

مُرُوَّةٌ et مُرُوءَةٌ *virilitas, ἀνδρεία, fortitudo.* 24.

مِرَآءٌ quod in vigesima sententia legitur, aut a رَأَى (רָאָה) III. *simulate et per hypocrisin egit* derivari potest, ut, quemadmodum est in Meninskii lexic., conveniat cum رِيَآءٌ et مُرَآءَاةٌ *simulatio, hypocrisis*, aut a مَرَى (מָרָה) III. *contendit disputando*, ut significet *contentionem.* Persa utrumque coniunxit.

مَرِضَ primigenia huius et cognatarum radicum مَرَسَ, مَرَثَ, مَرَتَ, مَرَنَ al. nec non hebraicarum מָרַח, מָרָה, מָרַט, מָרַק al. potestas est in *fricando* et *terendo*, quo actu aliae res firmantur, aliae debilitantur vel conficiuntur.

مَرَضٌ *morbus.* 32.

مِزَاحٌ nom. act. coni. III. a مَزَحَ (cognatum est שָׂחוֹק) *iocari cum aliquo*, dum aut ludibrio eum habes, aut scurrili dicacitate oblectas. 50.

مَزْبَلَةٌ (cognatas radices vide in Gesen. lex. s. v. דָּבַל et זָבַל) *fimetum, sterquilinium.* 41.

مَسَآءَةٌ vide s. سَآءَ.

مَصْرَعٌ vide s. صَرَعَ.

مَطْمَعَةٌ vide s. طَمِعَ.

مَعَ (per transposit. ex עִם) praepos. *cum, etsi, licet.* 13. al.

مَلَأَ (מָלֵא) *implevit.*

مَلَأٌ *congregatio, coetus, conventus, homines*, e. g. in sent. 37. اَلنُّصْحُ بَيْنَ اَلْمَلَاءِ *exhortatio inter* (i. e. coram, apud) *homines* i. e. haud privata.

مَلَقَ (מָלַח Ies. 51, 6.) *laevigavit,*

demulsit, *delevit*. IV. *ad inopiam redactus fuit*. 89.

مَلَكَ (מָלַךְ) *in potestate habuit*, *regnavit*. 88.

مَلِكٌ (מֶלֶךְ) pl. مُلُوكٌ *rex*. 25.

مَنْ pronom. 1) interrogativum *quis?* 2) relativum ὅστις, *qui*, adiuncta vi conditionali pro *si quis* Ewald. gr. II. 338.; quocirca si enunciationes correlativae sequuntur, utriusque verbum in praeterito positum per futurum, vel in sententiis communibus per praesens reddendum est. de Sacy gr. I. p. 185.

مِنْ (מִן) *ex* 18., etiam causam, cum adiectivis formae أَفْعَلُ comparationem indicat, *prae*, *quam*. 3. 42. al.

مُنْيَةٌ plur. مُنًى *optatio*, *votum*. 55.

مَاتَ (מוּת) med. Vav. *mortuus est*. 2.

مَالٌ *opes*, *bona*, *pecunia*. 10.

مِيرَاثٌ vide وَرِثَ.

ن

نَبِهَ primigenia notio huius et cognatarum radicum أَبِهَ, נבא, نَبَأَ, et ipsius نَدَبَ, נָדַב Exod. 25, 2. ac נוף posita est in *excitando*, *agitando*, *motitando*. VIII. اِنْتَبَهَ *expergefactus fuit* e somno. 2.

نَجِيحٌ *felix*, *prosperi successus* res vel negotium; comparat. أَنْجَحُ. 29.

نَسَبٌ *genus*, *origo*, *cognatio*. 79.

نَصَحَ *clarus*, *purus fuit*, *admonuit*, *exhortatus est*. Eandem splendoris, sinceritatis et admonitionis cognationem habes in hebraicis vocabulis נֵצַח, זָהַר hi. *illustravit*, *docuit*, *monuit* eiusque derivatis.

نُصْحٌ nom. act. coniugat. I. ad formam فُعْلٌ *admonitio*, *exhortatio*. 37.

نَصِيحَةٌ *admonitio*. ـكُرْدُن *admonere*. 37. pers.

نَظَرَ (נָטַר) *custodivit* et *speculatus est*, unde מַטָּרָה *scopus*) fut. o. et i. *spectavit*, *conspexit* ccar. vel c. إِلَى r., *oculos convertit*, *animum attendit* ad rem c. إِلَى, eiusque *rationem habuit* 11., *observavit*. 58.

نَعِمَ (נָעֵם) *iucundus*, *suavis*, *commodus fuit*.

نِعْمَةٌ (cf. נֹעַם, χάρις) pl. نِعَمٌ *bene-*

ficium 86., *beneficentia*, *opulentia*, *prosperitas*. 41.

نَفَرَ *fugax pavidusque fuit*, *aufugit*. II. *pavidum fugacemque reddidit*, *ad fugam concitavit*. 90.

نِفَارٌ no. act. *terreri*, *pavescere*, *prae timore fugere*, *fugacem esse*, *alienari*. 86.

نَفْسٌ (נֶפֶשׁ) fem. *anima*, *persona*, c. pronom. suffix. *ipse*. نَفْسَهُ *semet ipsum*. 6.

نَفْعٌ nom. act. *utilitas*, *emolumentum*. 59.

نَافَقَ III. *hypocritam egit* in religione, modo hoc, modo aliud professus. Cognatum videtur hebr. פּוּק *vacillare*, quippe quod idem proprie, quod arabica vox translate significet.

نِفَاقٌ no. act. conjug. III. (vid. Tychs. gr. §. 46. n. 4.) *hypocrisis*. 40. 68.

نَقَصَ (cognatum est קָצַץ et קָצַף *resecare*) *imminutus fuit*, *defecit*. 38.

نَقَمَ (נָקַם hithp. *ultus est se*, *vindictae cupidus fuit*) *punivit*. VIII. *poenam*, *vindictam sumsit*, *ultus est se*.

اِنْتِقَامٌ no. act. VIII. *vindicta*, *poena*, *crudelitas* 21., opposit. رَحْمَةٌ vid. v. Waenen l. c. p. 313.

نَهِمَ (derivatum a نَهَمَ *rugiit*, cui cognatae sunt radices נָהַם et הָמָה onomatopoeticae: *fremuit*, nostr. *brummen*, quod etiam de tumultu interno viscerum et stomachi, qui latrat, dicitur, itaque: *vehementer avidus cibi fuit*) *inexplebilis appetitus cibi*, *gulositas*. 16.

نَوِكَ *desipuit*.

أَنْوَكُ pl. نَوْكَى *stultus*, *fatuus*, *demens*. 55.

نَامَ (נוּם) fut. يَنُومُ *dormivit*.

نَائِمٌ nom. ag. pl. نِيَامٌ *dormitans*, *dormitator*. 2.

و

وَ (וְ) particula copulativ. *et*, quae pro sententiarum diversa natura ac ratione in cultioribus linguis reddenda est particulis adversativis: *sed*, *tamen*, 11. 56., causalibus: *quia*, *quum*, conclusivis: *igitur* al.

وِثَاقٌ (cf. מָצוֹק *angustum*) *vinculum*, *quo aliquid ligatur*. 85.

وِجْهَةٌ *facies*, *vultus*. 96.

وَحَشَ IV. *desertus fuit* locus. Non du-

bito, quin affinia sint חוש et חָסָה *fugit*, הָסָה *siluit* al.

وَحْشَة *solitudo, consortii defectus.* 83.

وَحِيش compar. أَوْحَش *solitarius*, non solum de hominibus et bestiis agrestibus, quod affirmant lexicographi, sed etiam de locis desertis ut in sent. 83 et van Waenen l. c. p. 138. no. 40.

وَرَآءَ *pars postica;* in accus. sine Tenwino

وَرَآءَ adverbialiter *pone, post.* 99.

وَرِثَ (יָרַשׁ) *haereditate accepit.*

وَارِث (יוֹרֵשׁ Ierem. 49, 1.) *haeres, qui superstes manet post aliorum interitum.* 10.

مِيرَاث *pars haereditaria, haereditas*, secundum Meninski etiam *haeres.* 10. pers.

وَرَع (cf. יִרְאָה *timor*) *temperantia a rebus illicitis, abstinentia, timor Dei* 28, *metus, ne quid illiciti facias.*

وَعَدَ (יָעַד *indicavit, constituit*) fut. يَعِدُ *significavit* aliquid futuri, *promisit.* 43.

وَعْدَة *promissio.* 43. pers.

وَصَلَ *iunxit, pervenit* ad aliq. c. c. إِلَى. 90.

وَعَظَ (יָעַץ) *monuit, exhortatus est.* 65.

وَفِقَ *assecutus fuit* rem eamque *recte perfecit.* III. *congruit, assensus fuit.*

وِفَاق nom. act. III. (vid. Tychs. gr. §. 46. n. 4.) *assensus, congruentia, concordantia.* 68.

وَفَآء *fides* maxime in praestandis promissis. Quae significatio, a Golio formae وَفَا solum attributa, etiam in nostram cadere, testatur Kosegart. Chrest. arab. p. 498. s. h. v. 25.

وَكَلَ (יָכַל) c. إِلَى *commisit* alicui, c. ب *confisus est.* VIII. اِتَّكَلَ *confisus fuit* aliquo c. على. 55.

ه

هَفْوَة pl. هَفَوَات *error lapsusque, delictum.* 97.

هَلَكَ (הָלַךְ *abiit, decessit* Gen. 15, 2. al.) *periit, interiit.* 4. al.

هَلَاك *exitium;* شدن — *perire* 4. pers.

هُوَ (הוּא) *is, ille.* 46.

ي

يَأْس (cf. יאשׁ nif. *desperatum est*) *desperatio, ea animi conditio, qua nihil amplius petimus et curamus* 48. 56.,

cui oppositum est طَمَعٌ vid. van Waenen l. c. p. 167.

يَقِين *veritas*, *dubitationis remotio*, *certa scientia* vel *fides* maxime in rebus divinis, cf. v. Waenen l. c. p. 80. sent. 205. p. 84. sent. 234. p. 92. sent. 305. Quae quidem loca si conferantur cum nostrae collectionis sententia prima, demonstrant, eam non modo (vid. Heidelb. Iahrb. d. Lit. 7 Hft. 1834.) significare, inanem fuisse de secreto aliquo, cum apertum fuerit, exspectationem, sed potius illud profundius eadem doceri, in bonis habendum esse hominum, quod tanquam velamine veritas obtecta sit, ut percipere possint, quod in ea scrutanda et invenienda tum commodum tum gaudium contineatur.

GLOSSARIUM

PERSICO-LATINUM.

ا

اَخْتَر *stella, constellatio, horoscopus.* 57.

آرزُو *desiderium, votum, intentio* 55., *cupiditas* 97.

اَز 1) *ex, a;* 2) *propter;* e. c. از روزگار *propter fortunam.* 10. 3) in comparat. *prae, quam.* 3.

آزاد *liber, ingenuus* 9., *immunis.* 43.

آشامیدن *bibere.* 75.

اُفْتادن Imper. اُفت *cadere* 10, *accidere; casus.* 87.

اَفْزُودن et فْزُودن Imp. اَفزا et فزا *augeri, increscere.* 1.

اَگَر *si, quando.* 1.

آمَدن Imp. آی *venire, esse.* — در *ingredi, inire.* 94.

آمُرزیدن *remittere* peccata, *absolvere et misereri.* 97.

اُمّید *spes.* 94.

اُمید *spes, desiderium, exspectatio.* 56.

آن pron. demonstrativ. *ille, illa, illud.* 11. آنچه *id quod.* 38. آنکه *is qui.* 52.

اَنْجُمَن *congregatio, consessus, coetus.* 37.

اَندازه *mensura, modus.* 4.

اَنْدَک *parvus, parum.* 64.

اَنْدَکی *paucitas.* 90.

اَنْدیشَه *meditatio, cogitatio.* 75.

آنْکَس composit. *ille quidam, illa persona.* 65.

اُو pronom. tert. person. Singular. *ille, is, ea, id, suus* 4; sequente است contrahitur in اوست 5.

آوَرْدن *ferre, afferre.* — بهم *complecti.* 67.

ایشان plur. pronom. tertiae personae, *illi, sui.* 3.

Nota. *Vocabula, quae in hoc Glossario desiderantur, arabicae originis sunt et in Glossarium arabico-latinum relata.*

ب

بَ et بَه praeposit., respondet arabico بِ 1) *in*, *cum*, *per*, *propter*. 2) complementum adiungit regimini e. c. بروزگاراو مانند *aevo suo similis* 3. — 3) tanquam augmentum verbis praeponitur, quod si Fatha sequitur, cum Kesre, si Dhamma, cum Dhamma pronunciatur.

با *cum*, *apud*, *in*, *ad*.

بار *magnus*, *altus*, pec. de Deo: بار خدای *o magne Deus!* 97.

بارَه *vices*; — دیگر *iterum*, *denuo*. 36.

باز *reditus*. — کردن *redire*. 86.

بازرگانی *mercatura*. — کردن *negotiationem facere*. 89.

بال *ala*. 39.

بالای *super*, *supra*. 63.

بَایستن verb. impers. (praes. بَاید) *oportere*, *necesse esse*. 60.

بَد *malus*, *malum*. 17.

بَدی *malum*, *malignitas*. 67.

پَدَر *pater*. 3.

بَر praepos. *super*, *supra*, *in*, *propter*. 52.

بُرادر *frater*. 8.

بُردن *ferre*, *portare*, *auferre* 78. — حسد *invidere alicui*. 52.

پَروَردگار *omnium nutritor*, *dominus*, epithet. Dei, 6.

پَرهیزکاری *abstinentia*, *sobrietas* 26.

بُزرگ *magnus*. 44.

بُزرگی *magnitudo*, *amplitudo*. 79.

بُزرگوار *magnus*, *excellens*, *nobilis*.

بُزرگواری *magnitudo*, *gloria*, *nobilitas*. 17.

بَس *valde*, *satis*, *etiam*. In sententia 95. respondet arabico ثُمَّ *tum*, *deinde*.

پَس *postica pars*; adv. *pone*, *post*, idem fere cum رو. 99.

بَسا adi. *multi*, *permulti*, *mancher*. 54.

پَسَندَه *sufficiens* et *gratus* 53. Meninsk.

بِسیار *multus*, *multum*, *multi*. 8.

بَکار adi. (comp. ex بِ et کار *actio*, *factum*) 1) *ad rem attinens*. 2) *utilis*. — آمدن *utile esse*, *prodesse*. 45.

بُلَند *altus*, *sublimis*. 27.

پَناه *asylum*, *refugium*. 28.

پَند *consilium*, *admonitio*. — گرفتن *consilium capere*, *admoneri*. 65.

بَنْدَه *ligatus*, *servus* 51, *ligatura*. 9.

پِنهان *absconditus*, *occultus*. 7.

بُودَن Imper. باش *esse; fieri*.

پوشِش *operimentum*, *velamen*. 1.

بَه praepos. separab. *in*, *per*, *propter*; nonnunquam pro ب scribitur, quod vide.

بَهَم *una*, *simul*. 67.

بِی particul. *sine*, *absque*; nominibus praefixa ea reddit negativa.

بِی رُوزِی *infortunium*. 71.

پَیْدا adi. *publicus*, *manifestus*. 96.

بیدار *excitare e somno*, *expergefacere* ut abstractum in sent. 2., alibi *somni expers*.

بیشْتَر *plus*, *plurimum*. 87.

بِیماری *aegritudo*. 32.

ت

تا *donec*. 43.

تَکْیَه vox arabicae quidem originis, derivata ab octava coniugatione verbi وکأ s. وکی, quae vere cum ad Persas migraret aliquo modo immutabatur; *recubitus*, *inniti*. —کردن *fiduciam habere*. 55.

تَن *corpus*, *persona*, circumscribit pronomen reflexivum *ipse*; تن خودرا *semet ipsum*. 6.

تُو pronom. person. *tu*.

تُوَانْگَر *potens*, *dives*. 84. 98.

ج

جُز *praeter*, *praeterquam*. 65.

چَشم *oculus*. 97.

چِه pron. relat. maxime ad *res* sese referens *quod*, ut in sent. 11., alibi etiam ad personas pertinens, *qui*, *quae*, *quod*.

جِهان *mundus*. 98.

چون partic. *quomodo*, *sicut*, *si*, *quando*, *quum*. 2.

جُویِیدن *quaerere*, *cupere*. 39.

چیز *res*, *aliquid*. 96.

خ

خُدا et خُدائ (de Hamza superscripto videat. Possart l. c. p. 26) *Deus*. 35.

خِرَد et خِرَدِی *mens*, *intellectus*. 61. 32.

خِرَدْمَند adi. comp. *intelligens*, *sapiens*. 57.

خِریدن *emere*.

خِریدَه partic. praeter. antecedent. *emtus*. 51.

خشمناک adi. *iratus*, *iracundus*. 52.

خُفْتن *dormire*.

خفته partic. *dormiens, sopitus.* 2.

خواستن (kasten) Imp. خواه *cupere, velle.* 98.

خواست *petitio, desiderium.* عذر خواست *excusationem petere.* 36.

خود pron. *ipse, a, um.* 6.

خور *vilis, contemtus.* 51.

خواری et خوری *vilitas, abiectio.* 40.

خوردن *edere.* 16.

خورش *refectio, comestio.* 75.

خوش *bonus, iucundus.* 8.

خوی *natura, indoles, mos, consuetudo.* 22. 80.

خویش (kisch) i. q. خود *ipse.* 94.

د

دادن Imp. ده *dare.* 10. — وعده *promissionem facere, addicere.* 43.

داشتن Imp. دار *tenere, habere, putare.* 50.

دانستن *scire, intelligere;* ندانستن *nescire.* 34.

در praepos. *in*, verbis saepe praeposita amplificat eorum significationem.

درد *dolor, morbus, afflictio.* 31.

دررفتن *ingredi, penetrare, immitti.* 64.

درستی *integritas, bonitas, sinceritas.* 6.

درگذشتن Imp. درگذر *praeterire, elabi.* از حد درگذشتن *excedere limites et modum.* 35.

درکردن Imper. درکن *immittere, inserere.* 46.

درم *nummus argenteus, pecunia.* 51.

درمانده *impotens, destitutus auxilio.* 31.

دروغ *mendacium* 24, *mendax.* 73.

درویش *pauper, inops.* 89.

درویشی *paupertas.* 82.

دست 1) *manus.* 2) *potentia.* بدست افتادن *in potestatem venire.* 10.

دشمن *hostis, inimicus.* 34.

دشمنی *inimicitia.* 59.

دشوار *molestus, difficilis.* 42.

دل *cor, animus.* 60.

دور *remotus, longinquus;* comp. دورتر *longinquior, remotior.* 90.

دوری *remotio, separatio.* — کردن *abstinere, abstinentia.* 18.

دوستی *amicitia.* 20.

دهن *os, oris.* 92.

دیگر 1) adi. *alter, alius.* 2) adv. *alia vice, iterum.*

ر

راندن *propellere, abigere.* 74.

رسیدن *pervenire* ad aliquem c. ب. 90.

رفتن Imper. رو *ire.*

رمیدن *terreri, expavescere, alienari, prae terrore fugere.* 86.

رمنده *pavidus, fugax.* 86.

رنجور *afflictus, aeger, molestiam patiens.* 32.

رو et روی *facies, vultus;* — کردن *petere, contendere* c. aliquo. 20.

روا *conveniens, decens, dignus.* 29.

روزگار *tempus, aevum* 8, *fortuna, sors, vanitas.* 10.

روزی *sors, fortuna.*

ز

زاری *gemitus, planctus.* — کردن *lamentari.* 42.

زبان *lingua* 33, *sermo.* 7.

زدن *percutere, verberare, impingere,* sent. 97. oculo invido et nocivo.

زشتی *turpitudo, deformitas.* 67.

زندگانی *vita, victus.* 98.

زیان *damnum, noxa.* 54. — کاری *id quod damnosum est.* 72.

زیر *sub, infra.*

زیرا *quidquid sub re alia situm est.* 63.

زیستن *vivere.* 98.

س

سبزه *herba virens, viror.*

سبزه زار *locus viridis et herbosus, pratum.* 41.

سبک *levis.* — داشتن *parvi facere, contemnere.* 50.

ستم *iniuria, violentia, tyrannis.* 13.

سخت *asper, durus, vehemens, molestus.* 63.

سخن et سخن *verbum, sermo* 38.

سرزنش proprie *capitis contusio, increpatio, obiurgatio.* 37.

سرگین *fimus.*

سرگین دان *fimetum, locus in quem fimum coniiciunt.* 41.

سودی *quaestus, lucrum, commodum.* 72.

سوی *latus, tractus;* بسوی *versus.* 74.

ش

شاخ *ramus, surculus.* 91.

شتاب *festinatio, acceleratio.* 98.

شدن Imper. شو *fieri, esse, ire, trans-*

ire, *amovere*, ut verbum auxiliare cum aliis verbis componitur. 1.

شَرم *verecundia*, *pudor*. 62.

شُما pron. secund. person. plur. *vos*.

شناختن *intelligere*, *nosse*, *animadvertere*. 4.

شُنُو et شَنيدن Imper. شُنُودن *audire*. 46.

ف

فُرُود *deorsum*. — آمدن *descendere*. 76.

ک

کار *factum*, *opus* 75, *occupatio*. 59.

گُذَشتن Imp. گُذَر *praeterire*, *transire*; *relinquere*, *negligere* c. از. 35.

کَران *latus*, *margo*. 96.

گَرْدانيدن *vertere*, *convertere*. 88.

کَرْدن Imper. کُن, *facere*, *agere*, *praestare* 9., cum multis nominibus verba concreta circumscribit, e. c. حريصی کردن *cupidum esse* 18., ترک کردن *relinquere* 22., تقاضا کردن *flagitare*. 33.

گِرِفتن Imper. گِير *prehendere*, *capere*. — کينه *odium concipere*. 50. — اعتبار *exemplum capere eoque moneri*. 58.

گُريز *fuga*, *fugiens*, *fugitivus*. 90.

گُريزانيدن *fugare*. 88.

گُشادن *aperire*, *revelare*.

گُشاده partic. praet. *apertus*. 1.

کَشن *multitudine abundans*. 91.

کَشيدن *trahere*, *extendere*, *ferre*.

گُفتن Imp. گُو et گُوی *loqui*. 11.

گُلُو *guttur*, *fauces*. در — گرفتن *strangulare*. 75.

کَم *paucus*; adv. *parum*. 32.

گُم *amissus*, *res amissa*, *absens*, *errabundus*. گم شدن *amitti*, *perdi*. 66.

گُمان *opinio*, *suspicio*. — بردن *opiniari*, *sententiam ferre*. 57.

کَنار *latus*, *margo*, *extremitas*. 90.

گُناه *peccatum*, *delictum*, *culpa*. 36.

کُور *coecus*. 60.

کُونْسَتَه compositum e persica voce کُون *podex* et arabica سَتَه *clunes*, *nates*. 64.

گوی 1) *pila*, *globus*, *sphaera*. 57. 2) *dictum*.

که 1) pròn. relat. *qui*, *quae*, *quod;* 2) coniunct. causalis *quia*, *nam;* 3) in duabus propositionibus correlativis ab initio posterioris ponitur, respondens arabico فَ; sent. 6.

کینه *odium*, *inimicitia*, *vindicta*. 21. کین گرفتن — *odium concipere*. 50.

م

ماندن *manere*, *ponere*, *relinquere*, *mittere*, *dimittere*. — گریز *fugientem dimittere*, *fugare*. 90.

مانستن Imper. مان *similem esse*. c. ب.

مانَنْدَه partic. *similis* c. ب sent. 3.

مَر particula, quae nominibus praeposita dativum vel accusativum denotat. Wilk. Instit. ad fund. ling. pers. p. 14. §. 42. Possart. Gram. d. pers. Spr. p. 39.

مَرد *homo*, *vir*.

مَرْدُم *homo*, *vir*. 2.

مُرْدن Imp. میر *mori*. 2.

مَگر *nisi*. 96.

مهتری (derivat. a مِهْتَر *princeps*) *principatus*, *dominium*. 21.

میان *medium*, درمیان (cf. בְּתוֹךְ) *inter*. 37.

ن

نَ partic. inseparabilis ex نَه decurtata, *non;* negativa verbi tempora format. 4.

نا particula negativa, nominibus aut adiectivis praeposita respondet latinae inseparabili *in*, e. g. نادان *ignorans*.

ناپَسَنْدَه *ingratus*, *importunus*, *odiosus*. 97.

نادان *ignorans*, *stultus*. 41.

نادانی *ignorantia*, *insipientia*. 31.

ناگاه *subito*, *de improviso*. 96.

نَرم *mollis*, *lenis*. 63.

نَزد et نَزْدِیک *prope*, *apud*, *ad*. 12.

نِشان *signum*, *indicium*, *vestigium*, *testimonium*. 61.

نِگَرِستن Imp. نِگَر *oculos in aliquem coniicere*, *adspicere*, *intueri* 97., c. ب *animum attendere*. 11.

نَه *non*. 79.

نَومیدی *desperatio*. 48.

نِی *non*.

نیکبخت adi. compos. *fortunatus*, *felix*. 65.

نیکریستن Imp. نیکر *adspicere, attendere, observare.* 58.

نیکوکاری *beneficentia.* 26.

نیکی, نیکوي et نیکوئی *bonum, honestum, probitas.* 5. نیکوی کردن *benefacere.*

نیهان et نهان *absconditus, occultus.* 44.

و

وَ et وُ *et.*

ه

هَر *omnis, quilibet, unusquisque.* هَرکه *quicunque.* 45.

هَمچو et هَمچون *pariter atque, instar, sicut* 98. al.

همه adj. *omnis, totus, cuncti.* 63.

هیچ *ullus, a, um.* 27.

ی

یا *vel, aut, sive.* 10.

یاد *mentio, recordatio, memoria.* — آوردن *in memoriam revocare.* 36.

یَکی *unus, a, um, aliquis.* 46.

EMENDANDA.

Pag. 29. l. 1. lege لِحَرِيصٍ.

— 43. l. 4. — ٱلْبَخِيلُ.

Sent. 54. سباع (سَاعٍ — Sent. 55. فانّه (فَإِنَّهَا — بصنايع (بَضَائِعُ — Sent. 59. شغل شاغل (شُغْلٌ بِلَا نَفْعٍ — Sent. 65. لغيره (بِغَيْرِهِ — Sent. 70. deest, sed in explicanda antecedenti legitur: وربّ عامل ضاع عمله, ita ut monente Fleischero in textu legendum sit عَمَلٍ — Sent. 72. الحرمان (اَلْخُسْرَانِ — تودّى (يُوَدِّى — Sent. 74. (اَلْحَيْنِ item. — Sent. 75. Inde a وَمَنْ كَثُرَ in Dresd. cod., omisso وَ, novum dictum ordi-tur. — Sent. 87. الاطماع (اَلْمَطَامِعِ — Sent. 88. هلك (مَلَكَ, reliqua in textu desunt. — Sent. 89. (اَلْآلَة item. — Sent. 90. in Dresd. cod. est nonagesima quarta. — Sent. 91. كشف (كَشَفْتَ. — Sent. 95. Loco قَدَّرْتَ, quod cum Teschdid et vocalibus activae formae in cod. Vimariensi exstat, aut ut in Dresdensi legendum est قدرت, omisso Teschdid, aut ut Fleischerus vult, قُدِّرْتَ. — Sent. 97. وَسَقَطَاتِ, quod conieci, in cod. Dresd. vere scriptum est; in fine autem dicti haec adiecta sunt: اللهمّ اغفر ما عرفت فى الحاظنا والفاظنا من الذنوب واستر ما رأيت فى افئدتنا والسنتنا من العيوب. —

Collatio codicis Dresdensis secundum apographum Fleischeri.

Dresdensis codicis ad Vimariensem ea est ratio, ut praeter textum arabicum pauca ambobus communia sint. In illo enim non solum arabica explicatio, sed etiam ea persica ad unumquodque dictum addita est, quae minus versionis, ut in Vimariensi libro, quam copiosioris paraphraseos speciem referat; denique etiam versus accedunt persici, eadem praecepta, quae sententiis continentur, iterum rhythmo adstricta repetentes. Quae quum ita sint collatio ad verborum convenientiam aut diversitatem spectans, non potuit nisi de textu arabico institui, quam, permittente humanissimo Fleischero, placuit ante oculos legentium proponere.

Sent. 4. أَمْرُؤٌ (امرء — **Sent. 7.** مَخْمُوٌّ (محبوّ — **Sent. 9.** ٱلْحُرُّ (الحرّ — **Sent. 20.** مِرْآةٌ (مرء لحجوج — **Sent. 21.** سُودَ (سَوْدَدَ — **Sent. 23.** ٱلْمُشَاوَرَةِ (المشورة — **Sent. 25.** لِلْمُلُوكِ (لمملول — **Sent. 26.** ٱلتَّقْوَى (التّقى — **Sent. 27.** مُعْتَقَدَ (معتقل — **Sent. 35.** لِمَا (ما — **Sent. 35.** أَمْرًا (امرء — **Sent. 45.** فَاتَهُ (فات — **Sent. 46.** فَهُوَ deest. — **Sent. 50.** يَنْحَلُّ (يحل — أَوِ ٱسْتِخْفَافٍ (واستخفاف —

elegantia, sapientia humanissimum quemque allicere et etiam ad vertendi conamen adigere debebant.

His de causis etsi gravis sit de genuina origine dubitandi ratio, tamen intactus manet honor et pretium sententiarum nostrarum, utpote quarum aestimatio non tam a nomine auctoris, quam propria earum virtute et praestantia pendeat. Quae quanta sit, fieri quidem potest, ut in subitaria lectione nonnullos praetereat, optime vero tum sentietur, quum quis ad meditationes per otium proclivior, libero a negotiis et curis vitae animo, singulis sese dictis cogitando persequendis transmittat, quaeque brevissimis verbis leviter significata sint, mente sua perpendat, accurate explicet et ad communem vitae usum transferat. Tum enim his sententiis largissimam sibi novarum observationum materiam oblatam videbit, in his raram inveniet sapientiae divinae humanaeque copiam, in his consilii salubritatem, iudicii acumen, elocutionis venustatem admirabitur. Neque haec, ut pleraque Arabum, ex eo genere proverbiorum sunt, quae a re gesta quadam, parum cognita, vel ab obscuri hominis facinore, vel regionis singulari natura, vel animalis, vel plantae proprietate deducta, praecepta sua abstruso modo et tanquam per aenigmata enunciant, sed sunt potius aperti fontis instar, ex quo omnibus omnium terrarum, temporum, religionum hominibus, quod pulcrum ac decorum sit, hauriendum suppeditatur. Quapropter merito haec collectio inscriptionem tulit:

مطلوب كلّ طالب من كلام علىّ بن ابى طالب

---

et discrepantia, propterea fidem traditae origini magnopere derogantes. Nimirum tot earum, quot per orientem circumferantur, ab uno auctore confectas esse, eo minus sibi quisquam persuadebit, quo plures sententiae ad idem praeceptum tendunt, et eaedem saepius, mutatis modo verbis, repetuntur. Denique his proverbiis alienas manus vere admotas esse, hinc quoque patet, quod nonnulla eorum nescio quis, fortasse grammaticus Arabs, versibus, impolitis quidem et asperis, adstricta, in carmen istud concinnavit, quod in Kuypersii editione [20]) primum locum obtinet. Quae quum ita sint, non multum a vero aberraveris, si collectiones illas dictorum Ali sic ortas existimes, ut sententiae ex usu vulgi ab eruditis quibusdam, quorum duos certe traditio appellat, Abdul Wahid ben Muhammed et Muhammed ben Muhammed Abduloschelil Erraschid Alkiatib [21]), diu post obitum Ali collectae et in aliquem ordinem redactae sint; quibus quum praeter alias incognitae originis — non enim una cum proverbio memoria auctoris semper servabatur, — nonnullas quoque ab Ali confectas inesse, fama ferret, nobile hoc ac clarum viri nomen simili ratione ac pari iure aut iniuria praepositum est, qua apud Hebraeos totus Proverbiorum liber Salomoni, sapientia quippe celeberrimo, apud Graecos multa aurea dicta Pythagorae, et apud occidentales gentes Odino attribuebantur. Tali modo noster dilectus sententiarum, ut ex prologo et epilogo, Dresdensi codici adiectis, patet, sub finem seculi duodecimi p. Ch. n. componebatur. Quamquam igitur maxima est horum apophthegmatum apud omnes Muhammedanorum sectas existimatio, eaque ex arabica lingua in turcicam ac persicam, octingentis ferme abhinc annis translata fuisse, referunt Muhammedanarum rerum scriptores, ego tamen idcirco neque eorum, quae in aliis collectionibus exstant, nec quae in codice Vimariensi comprehenduntur, incorruptam integritatem asserere ausim, siquidem praefixum iis Ali nomen, omnibus Moslemis sacrum, et ipse sententiarum lepor,

---

20) *Ali ben Abi Taleb Carmina. Arab. et latine edid. et notis illustravit G. Kuypers. Lugd. Bat.* 1745.

21) Vide *Fundgrub. d. Orients.* To. VI. p. 261. No. 407.

rem, eloquentia omnibus maiorem appellaret. Tantis igitur virtutibus ornatus haud immerito cognomina tulit, quibus eum honoris gratia vocare solent المرتضى *grati*, الحيدرة *leonis* [19]), sive ut apud Persas شير خدا *leonis Dei*, neque omnino impar censeri potest eius generis aliquot dictis sententiosis et integris orationibus conficiendis, quarum multifariae in bibliothecis absconditae, dispari indole ac pretio, ad eius nomen referuntur.

At alia res est, ubi de singulis operibus quaeritur, definiendumque est et certis rationibus evincendum, quae sint pro genuinis, quaeque pro spuriis habenda. In quo maxime cavendum est, ne orientalium librorum titulis et inscriptionibus parem ac nostrorum fidem facias, quum in oriente, non quidem doli seu fallaciae studio, sed incultiori de litterariis possessionibus iudicio usuque vulgari saepius eveniat, ut ii, qui describant vel possideant libros, ex opinione sua et coniectura, aut ab auctore partis, aut maioris dignitatis gratia, scriptis conciliandae, codicibus suis clarorum virorum nomina praeponant. Quocirca si quae in ipso libro deprehendantur notae, nomini auctoris, ad quem inscriptio refert, aperte repugnantes, huius non debet tanta existimari auctoritas, quin internas illas notas secutus, librum ei, cui titulo tribuatur, abiudicare audeas. Quod cum in multa alia, tum in Ali scripta et ea quidem maxime cadit, quae proverbia eius et sententiosa dicta continere putantur. Siquidem tam immensus numerus est, tantaque varietas eorum ac dissimilitudo, ut inveniendis iis omnibus vel solertissimum ingenium unius hominis impar sit habendum, nec possint nisi per coniunctam universae cuiusdam nationis sapientiam, e diuturna ac multiplici vitae experientia haustam, et per commune diversissimorum hominum acumen producta esse. Accedit collectionum, quae Ali dicta referre perhibentur, et multitudo

---

19) Idcirco de semet ipso cecinit Ali apud *Abulf.* l. c. p. 130.

انا الذى سمّتنى امّى حيدرة
اكيلكم بالسيف كيل السندرة

„Ego sum ille, quem mater appellare solebat Haidara (i. e. leonem)
Qui capita hostium ipsis gladio admetior integris modiis.“



tam incredibile fertur corporis robur fuisse, ut in oppugnanda urbe Chaibar porta, quam octo viri invertere non poterant, pro scuto usus, castellum caperet; tam eximia fortitudo et prorsus singularis audacia, ut una nocte quadringentos hostium ferro necaret, neminemque, teste ipso Moavia, gloriae suae invidiosissimo obtrectatore, in duellum unquam secum descendentem, non relinqueret humi prostratum; ac tanta denique apud prophetam auctoritas et gratia, ut is cervicem Ali sui amplexus, huncce primum legatum et Chalifam, hunc eundem, qui Aaronis apud Mosem fuisset, locum apud se tenere declararet, ut huic in matrimonium carissimam filiam daret, Fatimam, huncque postremo, quum fraternitates Anssarios inter et Mahodscherunos constituerentur, sibi ipsi fratrem adsciscerct [16]). Qua dignitate si quis unquam Moslemorum, ante omnes profecto Ali dignus erat; in quo rudioribus illis belli et castrorum virtutibus adiunctae etiam erant lenioris animi praeclarae dotes, mentis acumen, summa humanitas, ingeniique ista Musis imprimis grata mansuetudo. Nam excelluit, iudicio arabicorum scriptorum [17]), insigni quodam veri et aequi studio, pietate, rara liberalitate, bene dicendi facultate et tam profunda eruditione, cum in theoreticis, quas dicunt, tum in practicis rebus, ut Reiskius, orientalium hominum peritissimus aestimator, non dubitaret [18]), quin eum doctrina et litterarum amore Augusto, clementia et benignitate Traiano, philosophiae et pietatis studio M. Antonino, philosopho, pa-

---

15) Videantur de his et quae sequuntur *Abulfed.* l. c. T. I. p. 28. 34. 80. 84. 88. 108. 110. 132. 172. 312. 340., de quibus usquam dissentit *Ettaberi in Annalib. ed.* Kosegarten. Vol. I. p. 26.

16) „*Quum Muhammedes paulo post fugam institueret coniunctiones fraternitatum* (المواخاة بين المسلمين), *quo firmius novos hospites Meccanos indigenis Medinensibus illigaret, unicuique Medinensi fratrem unum Meccanum addens, — ipse sibi fratrem adsciscebat Alin, qui eo nomine solebat ex Cufensi suggestu, cum Chalifa esset, gloriari, servumque dei et fratrem legati divini sese ferre.*“ *Abulf.* l. c. p. 76. „*Magni momenti hoc institutum fuit. Nam Alidae suum ad Chalifatum ius omne ex hoc capite deduxerunt et firmarunt, quod Muhammed Alin fratrem, et Valium curatorem et factorem suum declaraverit.*“ Adnott. ad l. c. p. 18.

17) Vide *Elmacini Histor. Saracenic. ed.* Erpenius. p. 43.

18) Vide eius *Dissertat. de principibus Muhammedan., qui aut ab eruditione, aut ab amore literar. et literator. claruerunt. Lips.* 1747. p. XI.

iuvenis iam coeperat animum sententiis Ali advertere, senex factus, amplo eas ac docto volumine edidit 12); quo in opere, rariori apud nos, quamquam quatuor collectiones et in his fere mille dictorum, e nostris tamen non plura quam sedecim insunt. Praeterea illae etiam ordine sententiarum ab hac centuria differunt. Quod enim istis cum omnibus reliquis, Ali nomine divulgatis, commune est, ut litterarum serie sese excipiant singula apophthegmata, id in nostram prorsus non cadit collectionem, in qua pleraque liberius, ut fortuna ferebat, nonnulla ut materiae quaedam affinitas suadebat, collocata sunt. — Postremo ne mirum videatur, si quae hic occurrunt, quas perpaucas esse scio, aliunde 13) iam cognitae sententiae; etenim factum est, quod apud alias quoque gentes, quarum nobis servata sunt proverbia, saepius evenisse constat, ut dictum aliquod, prae ceteris aut celebre aut tritum, nulla auctoris ratione habita, ex usu vulgi in diversas adagiorum collectiones reciperetur.

Istae igitur omnes, quas percensuimus, tam variae et longe a se distantes collectiones pariter atque ea, quae nostro codici inest, attribuuntur Ali tanquam auctori, non ignobili cuidam et obscuro ex plebe homini, sed qui minus favore fortunae, quam meritorum suorum magnitudine inter nobilissimos relatus est omnique tempore summa veneratione cultos Islamismi principes. Hic enim idem ille est Abu Talebi illustris filius (علىّ بن ابى طالب عبد مناف), qui puerulus decem annorum Muhammedi primus Arabum post Chadidscham nomen suum dedit 14), datamque fidem tam constanti et magno animo servavit, ut aliquoties Muhammedem cum capitis sui periculo ab hostium insidiis ereptum, etiam post mortem in sepulcro abditum ultimus omnium relinqueret 15). Praeterea in eo

---

12) *Sententiae Ali Ebn Abi Talebi arabice et latine, e codicib. manuscpt. descripsit, latine vertit et annotatt. illustravit* Corn. van Waenen. *Oxon.* 1806.

13) Inter proverbia arabica, quae ordine alphabetico enumerata vides in *Hezelii Anweisg. z. Arab. Spr.* duo solum sunt, in *duabus centuriis* ab *Erpenio* editis quinque sexve in nostro codice reperta.

14) Hinc ille versiculus, quem Ali de semet ipse pepigit: سبقتكم الى الاسلام طرّا غلاما ما بلغت اوان حلمى „*praeverti vos omnes ad Islamismum properans, adhuc puer, nondum pubertatem assecutus.*" *Abulfed. Annal. Muslemic. ed.* Adler. T. I. p. 30.



in opusculo mere arabico, „*Proverbia quaedam Alis*" [6]) una cum carmine Tograi, litterarum ordine collocata, in usum scholarum suarum edidit. Quae mox eam concitaverunt apud aequales admirationem, ut distichis latinis et germanicis redderentur ab ANDREA TSCHERNINGIO, Silesio, haud ignobili sui temporis poeta [7]), nec multo post etiam in linguam francogallicam a VATIER transferrentur [8]), cuius versionem ante aliquot annos iterum typis exprimendam curavit GARCIN DE TASSY ad calcem Corani, ab ipso editi [9]). Instituta autem comparatione inter has sententias et illas, quae Vimariensi codice continentur, utrique collectioni non nisi quinque dicta communia esse, cognovi. — Posthac a GERARD. IO. LETTIO unacum Caabi ben Zoheir carmine panegyrico in laudem Muhammedis centuria sententiarum arabicarum, ordine alphabetico, exhibita est [10]), quas ab eodem Ali confectas collegisse fertur Abdul Wahid ben Muhammed. Eae vero mira quadam ratione tam longe a nostris recedunt, ut sensu suo paucae vel congruant vel propinquae sint, in verbis autem ne duae quidem prorsus conveniant. Maior aliquanto earum est affinitas, quas, Ali attributas, e codice bibliothecae Bodleianae transtulit publicique iuris fecit OCKLEY, Anglus, in fine historiae suae Saracenicae; ibi enim inter alias exstant, si quid ex ARNOLDII parum eleganti versione germanica [11]) iudicare licet, fere viginti sententiae, quas habemus in nostram quoque centuriam insertas. Denique CORNELIUS VAN WAENEN, qui

---

6) *Proverbia quaedam Alis, imperatoris Muslimici, et Carmen Tograi, poëtae doctiss. nec non dissertat. quaedam Aben Sinae. Lugd. Bat.* 1629.

7) *Centuria Proverbiorum Alis Imperatoris Muslimici distichis Latino-Germanicis expressa ab* ANDREA TSCHERNINGIO, *c. notis brevioribus, adiecta ad eiusdem Deutsch. Getichte Früling. Bresl.* 1642.

8) *L'Elegie du Tograi avec quelques sentences tirées des poëtes Arabes, l'Hymne d'Avicenne, et les proverbes du Khalife Gali. Le tout nouvellement traduit de l'arabe. Par Pierr. Vatier. Par.* 1660.

9) *Le Coran traduit de l'Arabe par* SAVARY, *nouvelle édition par M.* GARCIN DE TASSY. *Par.* 1829. T. III. p. 247—260.

10) *Caab. Ben. Zoheir. Carmen panegyric. in laudem Muhammedis item Amralkeisi. Moallakah. accedunt sententiae arabic. imperator. Ali. ed.* GERARD. IO. LETTE. *Lugd. Bat.* 1748.

11) SIMON OCKLEY's *Geschichte der Saracenen v.* THEOD. ARNOLD *a. d. Engl. ins Teutsche übersetzt. Leipz. u. Alton.* 1745. T. II. p. 501 sq.

Quod ad numerum attinet sententiarum, in libello nostro collectarum, eum sine dubio centenarium auctor esse voluit: quippe ad quem, si pro sensu singulas distinxeris, tam prope attingant, ut ei absoluto non nisi duae desint. Quas noli per aliquem casum deperditas putare: imo vero is, qui collegit censendus est in his ipsis, quot nunc exstant, dictis, visus sibi esse perfectam centuriam exhibere, cuius explendae nobis quoque probabilis aliqua ratio suppetit. Sunt nempe paucae quaedam inter ceteras sententiae, compositae e duobus membris, quorum unumquodque per se sumtum, et forma et sensu absolutum apophthegma constituit, alterum vero alteri partis instar adiunctum est, vel propter communem materiam, vel propter imaginis cuiusdam et comparationis similitudinem. Haec igitur quamquam scriptor particula copulativa و in unam coniunxerit propositionem, auctorem tamen libelli in numerando secrevisse et a nobis quoque secernenda esse, idcirco arbitramur, quod in codicibus, arabica proverbia referentibus, parum accurate singula solent distincta esse, ita ut nunc unum in plura distractum, nunc plura in unum contracta sint. Quapropter idem nobis agendum duximus, quod ante nos Scaliger et Erpenius, summae auctoritatis viri, in edendis proverbiorum arabicorum centuriis duabus fecerunt [5]), ut his certe, ubi sensus admisit, in codice nostro coniuncta seiungeremus, et sic illum, de quo quaeritur, numerum centenarium absolveremus.

Sed haec leviora; gravius fortasse et attentione dignius videbitur illud sciscitari, quae inter nostri codicis et cetera dicta, Ali nomine divulgata, ratio intercedat et necessitudo, ac videre, quid utrisque aut commune aut proprium, quid et in verbis et in sententiis consensus aut diversitatis sit. Etenim constat, non paucas per orientem collectiones sententiarum circumferri, ad Ali auctorem relatas, ambitu suo omnes inter se dispares, quae iam pridem, cum essent in nostras terras delatae, virorum, his in litteris versantium, attentionem et curam moverent. Inter hos primus, quod ego sciam, operam iis impendit Golius, qui

---

5) *Proverbior. Arabicor. Centuriae duae ex interpret. lat. et scholiis* Joseph. Scaligeri *et* Thom. Erpenii. *Lugd. Bat.* 1623. p. 47. 126. 133.



iri, schedae ab optimo viro mecum benigne communicatae demonstrant; tuncque, si meum quoque opusculum fine suo non prorsus exciderit, effectum erit, quod in his quidem litteris raro evenit, ut et magistri et discipuli suam quique eiusdem libri editionem habeant. — Sed iam refero, qua mihi sit ratione harum sententiarum copia facta.

Inter alios, qui Vimariae asservantur, codices manuscriptos unus quidam sub oculos cecidit, modici voluminis, formae quaternariae minoris, in quo quae ab Ali, Chalifa, sapienter dicta perhibentur, litteris consignata reperiebam. Inerant praeterea carmina cum commentariis suis et tractatus varii generis, ut de astronomicis rebus, globo coelesti, nec non de libellis supplicibus commode instituendis, mutili ex parte, diversa manu perscripti, omnes turcico persicoque sermone et promiscuo ordine compositi. Inter haec medio fere loco quinque paginae occurrebant, quibus peculiarem contineri aliquam scriptionem, cum formulae ab initio et in fine librorum Muhammedanorum solennes, tum litterarum ductus, crassiores isti quidem, quam in reliqua parte codicis, nec tamen admodum perspicui, indicabant. Confirmavit sententiam interna loci indoles, quem lingua, non turcica ut in ceteris, sed arabica conscriptum esse, primo equidem adspectu cognovi, et cui mox, quum litterarum formis, mire inflexis et inter se coniunctis, aliquo modo adsuevissent oculi, hoc quoque proprium esse intellexi, quod universa oratio brevissimis distincta esset membris ac propositionibus, quibus singulis sensus suus esset gravis et acutus. Adiecta etiam per versus erat persica versio interlinearis, in ea scriptura, quae a pendulo litterarum situ تعليق dicta, hic loci haud raro punctis diacriticis destituta, negligenter et implicite, tam gracili calamo, tamque minutis et inter se similibus litteris exarata erat, ut non nisi diligenti studio et saepius repetita lectione intelligi posset. Difficultates tali modo adauctas longe tamen superavit commodum, hac versione paratum; ita ut hoc adiumento in nonnullis dictis, quibus omissa est versio, non sine dolore careremus. Quod omnino in tribus accidit, quibus ut in dicto quinquagesimo nono, septuagesimo et octogesimo octavo, forsitan per negligentem festinationem eius, qui transcripsit ex parte deest ista persica translatio.

Quod ad numerum attinet sententiarum, in libello nostro collectarum, eum sine dubio centenarium auctor esse voluit: quippe ad quem, si pro sensu singulas distinxeris, tam prope attingant, ut ei absolute non nisi duae desint. Quas noli per aliquem casum deperditas putare: imo vero is, qui collegit censendus est in his ipsis, quot nunc exstant, dictis, visus sibi esse perfectam centuriam exhibere, cuius explendae nobis quoque probabilis aliqua ratio suppetit. Sunt nempe paucae quaedam inter ceteras sententiae, compositae e duobus membris, quorum unumquodque per se sumtum, et forma et sensu absolutum apophthegma constituit, alterum vero alteri partis instar adiunctum est, vel propter communem materiam, vel propter imaginis cuiusdam et comparationis similitudinem. Haec igitur quamquam scriptor particula copulativa و in unam coniunxerit propositionem, auctorem tamen libelli in numerando secrevisse et a nobis quoque secernenda esse, idcirco arbitramur, quod in codicibus, arabica proverbia referentibus, parum accurate singula solent distincta esse, ita ut nunc unum in plura distractum, nunc plura in unum contracta sint. Quapropter idem nobis agendum duximus, quod ante nos Scaliger et Erpenius, summae auctoritatis viri, in edendis proverbiorum arabicorum centuriis duabus fecerunt [5]), ut his certe, ubi sensus admisit, in codice nostro coniuncta seiungeremus, et sic illum, de quo quaeritur, numerum centenarium absolveremus.

Sed haec leviora; gravius fortasse et attentione dignius videbitur illud sciscitari, quae inter nostri codicis et cetera dicta, Ali nomine divulgata, ratio intercedat et necessitudo, ac videre, quid utrisque aut commune aut proprium, quid et in verbis et in sententiis consensus aut diversitatis sit. Etenim constat, non paucas per orientem collectiones sententiarum circumferri, ad Ali auctorem relatas, ambitu suo omnes inter se dispares, quae iam pridem, cum essent in nostras terras delatae, virorum, his in litteris versantium, attentionem et curam moverent. Inter hos primus, quod ego sciam, operam iis impendit Golius, qui

---

5) *Proverbior. Arabicor. Centuriae duae ex interpret. lat. et scholiis* Ioseph. Scaligeri *et* Thom. Erpenii. *Lugd. Bat.* 1623. p. 47. 126. 133.



tri, schedae ab optimo viro mecum benigne communicatae demonstrant; tuncque, si meum quoque opusculum fine suo non prorsus exciderit, effectum erit, quod in his quidem litteris raro evenit, ut et magistri et discipuli suam quique eiusdem libri editionem habeant. — Sed iam refero, qua mihi sit ratione harum sententiarum copia facta.

Inter alios, qui Vimariae asservantur, codices manuscriptos unus quidam sub oculos cecidit, modici voluminis, formae quaternariae minoris, in quo quae ab Ali, Chalifa, sapienter dicta perhibentur, litteris consignata reperiebam. Inerant praeterea carmina cum commentariis suis et tractatus varii generis, ut de astronomicis rebus, globo coelesti, nec non de libellis supplicibus commode instituendis, mutili ex parte, diversa manu perscripti, omnes turcico persicoque sermone et promiscuo ordine compositi. Inter haec medio fere loco quinque paginae occurrebant, quibus peculiarem contineri aliquam scriptionem, cum formulae ab initio et in fine librorum Muhammedanorum solennes, tum litterarum ductus, crassiores isti quidem, quam in reliqua parte codicis, nec tamen admodum perspicui, indicabant. Confirmavit sententiam interna loci indoles, quem lingua, non turcica ut in ceteris, sed arabica conscriptum esse, primo equidem adspectu cognovi, et cui mox, quum litterarum formis, mire inflexis et inter se coniunctis, aliquo modo adsuevissent oculi, hoc quoque proprium esse intellexi, quod universa oratio brevissimis distincta esset membris ac propositionibus, quibus singulis sensus suus esset gravis et acutus. Adiecta etiam per versus erat persica versio interlinearis, in ea scriptura, quae a pendulo litterarum situ تعليق dicta, hic loci haud raro punctis diacriticis destituta, negligenter et implicite, tam gracili calamo, tamque minutis et inter se similibus litteris exarata erat, ut non nisi diligenti studio et saepius repetita lectione intelligi posset. Difficultates tali modo adauctas longe tamen superavit commodum, hac versione paratum; ita ut hoc adiumento in nonnullis dictis, quibus omissa est versio, non sine dolore careremus. Quod omnino in tribus accidit, quibus ut in dicto quinquagesimo nono, septuagesimo et octogesimo octavo, forsitan per negligentem festinationem eius, qui transcripsit ex parte deest ista persica translatio.

excitabuntur. Plura addere ex cognatis dialectis, visum non est; siquidem hebraicum omnes arabici sermonis studiosos callere, nec tamen pari iure de ceteris semiticae stirpis linguis idem statui posse censebam.

Etiam versionem sententiarum consulto omisi, nefas quippe ratus, eas sic palam facere, ut nihil amplius restet indagandum, potiusque meum esse existimans, ita instruere ac praeparare omnia, ut suis viribus adhibitis discentes ad intelligentiam apophthegmatum perveniant. Quid quod propter eam ipsam causam hunc librum iuvenum institutioni prae ceteris accommodatum iudicavi, quia sententiae in eo comprehensae non sunt narratiuncularum instar clarae et perspicuae, sed, explicatis verbis, diutius animos occupant, ac meditationibus nonnulla relinquunt ulterius investiganda. Et tamen earundem simul haec est natura atque indoles, ut incommodum, quod vix dici potest, quam aegre ferant tirones, positum in continua aliqua verborum et enunciationum serie, nuspiam secreta, has sententias non premat; utpote quae singulas propositiones efficiant brevesque verborum ambitus accurate distinctos, quibus imprimis ut ad formas vocum grammaticales attenti reddantur legentium animi efficitur [3]).

Denique vero si praeter exspectationem nihilominus supersint quaedam difficiliora intellectu, adhuc aliud praeclarum, ut pro insigni eruditione viri, qui parat, certo sperandum est, mox paratum erit ad ea explicanda adminiculum. Singulari enim et fausta quadam fortuna contigit, ut eodem tempore, quo nosmet Vimariensem codicem typis exprimendum curaremus, insciis nobis, vir doctissimus FLEISCHER, e libro manuscripto Dresdensi [4]) cum locupletiori paraphrasi arabica et persica easdem sententias Ali in usum exercitatiorum lectorum publice edendi cepisset consilium. Quod quum exsecutus fuerit, nihil amplius quod ad hanc collectionem sententiarum ullo modo pertineat, desideratum

3) Bene monuit *Ven.* PAULUS *in Heidelb. Jahrb. d. Liter.* 1834. fasc. VII. p. 724. *„Die Uebersetzung solcher abgerissener Sentenzen, wenn von ihrer Veranlassung nichts historisch überliefert ist, fordert ein genaues Festhalten an die grammatikalischen Formen und den Sprachgebrauch.“*

4) Vide *Catalog. codd. msptt. oriental. biblioth. regiae Dresdensis ctr. a* H. ORTH. FLEISCHER p. 29. No. 198.



consulendus est, quotiescunque de formulis solennibus omnique doctrina grammaticali Arabum indigenarum agitur. Ad quam, ut praesenti institutione facere solemus, ita etiam hoc opere adducere ac certe praeparare vel eorum animos studuimus, qui primum pedem in arabicis litteris posuerint. Etenim quum nemo possit, quocunque posthac se converterit, ulterius progredi in legendis difficilioribus operibus, nisi familiaritatem qualemcunque cum istis terminis technicis grammaticorum, in omnibus omnium commentariis occurrentibus, contraxerit; videndum est, ut qui his se tradant studiis iuvenes etiam prius, quam ad ipsos illos commentarios adducantur, usitatioribus formulis assuefacti, Arabum indigenarum rationem et methodum certe ex longinquo spectare ac quasi gustare inceperint. Qua re quantopere amor et intelligentia in subtile systema grammaticum, non perfectum illud quidem aut probandum ab omni parte, acutum tamen et dignum profecto, quod a sagacissimo quoque ingenio maxime perquiratur, in animis iuvenum adiuvetur, praesens in scholis summi viri, Sylv. de Sacyi, hanc mihi viam praeeuntis, haud sine admiratione comperi. Nec Kosegartenius, magna imprimis apud me auctoritate, in notis suis ad Chrestomathiam arabicam adiectis, ab eadem re prorsus abstinuit.

Glossaria in extrema parte libri subiunxi eorundem iuvenum gratia, qui, ut quidem sunt res nostrae, plerumque propter modicam suam, nec raro tenuem facultatem quum non possint lexica maioris copiae ac pretii comparare sibi, aut omnino ab his studiis arcentur, aut quum accesserint, necessariis adminiculis carentes, incepta mox relinquunt. Qua de causa hisce temporibus arabici libri, quos revera tironibus prodesse volunt editores, talibus glossariis vacare non deberent, praesertim quum eadem haud spernendas suppetias afferant etiam in amplioribus vocabulariis componendis. Nostrum autem arabicum sic confecimus, ut quantum fieri posset sublevaturi discipulis vocabulorum ediscendorum tristem laborem, arabicis hebraicas voces, vel prorsus congruentes, vel certe etymologia affines, adscriberemus; ita enim permultas earum non novas, neque incognitas, sed solum novarum litterarum forma indutas esse cognoscent, mentesque ad utilissimum illud studium hebraicae linguae cum arabica comparandae

PRAEFATIO.

Ne quem praetereat ratio, qua ductus praecipue hoc modo instructum in vulgus ediderim libellum meum, ipsa eius inscriptione cautum est. Ex ea enim librum volui suppeditare, quem non minus propter argumenti sui naturam, quam externum apparatum, et ii, qui primas arabicae vel persicae grammatices regulas didicerint, cum fructu, et ii, qui doceant has litteras, cum aliqua commoditate in usum suum adhibeant. Quocirca utrisque ita prospicere studui, ut neque illis necessaria adminicula deessent, neque his amplioris explicationis ac propriarum observationum omnis adimeretur opportunitas. Imo vero ad has ipsi incitare, et etiam invitos adigere magistros intendimus, dum in notas nostras haud pauca inserebamus, quae materiem discendi offerrent, modo quum copiosior ad eam accesserit docentium expositio, discipulis aptam et utilem. Atque haec ita inter se distincta sunt, ut ubicunque suspicaremur, tirones in vocum vel forma rariori, vel derivatione difficiliori, vel etiam constructione quodam modo impedita haesuros esse, ad Tychsenii grammaticam arabicam [1]), primae iuvenum institutioni mea experientia haud ita incommodam, ut vulgo opinari videntur, ablegaremus; quae vero altioris essent indaginis, subtiliusque requirerent ac quasi philosophicum examen, in iis ut magistrorum gratia citaremus de Sacyi et Ewaldii doctissimos libros grammaticales [2]), quos quocunque in loco laudati sint, neminem facile poenitebit inspexisse. Unus autem de Sacyus

1) *Grammatik d. arab. Schriftsprach. f. den ersten Unterricht v.* Th. Chr. Tychsen. *Gött.* 1823.

2) *Grammaire arabe à l'usage des élèves de l'école spéciale des langues orientales vivantes par* Silvestre de Sacy. *Second. edit. Paris.* 1831. — G. Henrici Aug. Ewald *Grammatica critica linguae arabicae. Lips.* 1831.



SENTENTIAE
ALI BEN ABI TALEB

ARABICE ET PERSICE

E CODICE MANUSCRIPTO VIMARIENSI

PRIMUS EDIDIT

ATQUE

IN USUM SCHOLARUM

ANNOTATIONIBUS MAXIMAM PARTEM GRAMMATICIS

NEC NON

GLOSSARIIS

INSTRUXIT

IOANNES GUSTAVUS STICKEL


THEOLOG. ET PHILOS. D. IN ACADEMIA IENENSI PROFESSOR EXTRAORDIN.


SOCIETAT. ASIATIC. PARISIENS. SODALIS.


IENAE

SUMTIBUS CROECKERIANIS.

MDCCCXXXIV.


SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM THE BEQUEST OF
JOHN AMORY LOWELL,
Class of 1815.
This fund is $20,000, and of its income three
quarters shall be spent for books and one
quarter be added to the principal.
Received 28 March, 1885.




WIDENER
HN C32E S


HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.